



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XVI Iter auspdatum: ubi fit sermo de prodigiis Visitationis
sanctissimæ Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO XVI.

Iter auspiciatum, ubi fit sermo de prodigijs visitationis Sanctissima Virginis.



Bram ad tempus privatus presentia dilectissimi Ducis ac Viatoris mei, quam diu aberat, aliud non feci, nisi quod deploraverim absentiam ipsius, & summe ipsius exoptaverim reditum; non audebam vel unicum ab ipso dirigere aut figere gressum, metuens, ne desisterem a via, si non semper ipsum haberem comitem: sed tandem redditus est mihi, & cuncta mea dissipata tædia novis sunt consolationibus excepta. Levis quædam privatio boni, quod magni æstimamus, ita sapissimè inservit, ut melius degustate nobis exin liceat illius possessionem.

Mox ubi denuò congressum fecimus, summe auspiciata accidit nobis sors; siquidem admissi sumus ex singulari favore in societatem paucorum quorundam, qui eximij pollebant meritis, quosque zelus gloriæ Dei, & desiderium majoris perfectionis suæ tam arctè simul conjunxerant, ut omnes non haberent nisi cor unum & animam unam. Solemne illis erat, conveni-

re frequenter, ut communicarent sibi invicem bona quæ unusquisque ipsorum sibi de novo comparaverat in familiari commercio cum Deo, cum quo sæpius conversabantur, quam cum mundo.

Non eadem afficit ratio divitiarum cœli, & caducas facultates terræ; hæc dividuntur proximos inter consanguineos, dumq; dividuntur, imminuuntur semper; & quod deteriorius est, non rarè contingit, ut cum divitione facultatû, dividatur quoq; amicitia; & exin conspicitur veritas essati illius, quod exaratum reliquit S. Joannes Chrysostomus pulcherrimè dicens: *Meum ac tuum frigidum illud verbum, quidquid est malorum in vitam nostram invehens, innumeræque gignens bella.* Bona cœli contrariam omninò tenent rationem, siquidem veri Filij Dei, qui sese respiciunt veluti fratres, non conveniunt, ut dividant inter se bona, quæ possident, sed potiùs ut reddant illa inter se communia; hæcque ratione communicando sibi invicem illa, non imminuunt, sed potiùs adaugent, cum quilibet possessor fiat divitiarum omnium aliorum, quin his ex-

Bona cœli
difficilius
bonis terræ.

S. Chry-
stomus
orat de
Philag.
tom. 3.

Bona cœli
non imminuuntur,
dum alijs
communi-
cantur.

spo.

spolient ipsos. Sic tantum abest, conspici unquam vel divisionem vel imminutionem ejusmodi bonorum, ut semper ipsorum possessio augeatur, magisque ætæ ipsorum fiat communio.

Colloquia
spiritualia
pariunt
consolatio-
nem & pro-
fectum.

Quam innocua & innocens voluptas pro cœtu & societate sanctarum animarum! quando, dum qualibet illarum exponit eximias illustrationes, affectus optimos, quos recepit à Deo in oratione suâ, congregant sibi thesaurum communem ex omnibus hisce pretiosis divitijs; sicut concursus plurium vocum diversarum perfectam efficit harmoniam in Musicâ; sic unio plurium intellectûs cognitionum, diversorumque cordis affectuum, quos quilibet in particulari recipit circa aliquod argumentum, progignit quandoque ingens lumen, quo detegantur omnibus eximia veritates circa sublimia fidei nostræ mysteria; sicut ipsamet experientia nos docuit in hac occasione.

Colloquebantur illo die de

perjucundo mysterio Visitationis sanctissimæ Virginis. Sed unus considerabat nonnisi dispositiones admirabilis hujus Matris, durante ipsius itinere: alter aspiciebat nonnisi Infantem JESUM, quem ipsa in purissimo gestabat utero: Tertius ponderabat felicitatem sanctæ Elisabeth, dum honoratam se vidit visitatone sanctissimæ Matris Dei, cognatæ suæ: Quartus mentis sigebat oculos in parvulum S. Joannem Baptistam adhuc invisibilem, & absconditum in utero Matris suæ; & quilibet eorum credebat, invenisse se, quod erat pulcherrimum in hoc mysterio. Quintus non intendit considerationi alicujus harum personarum in particulari, universalem instituit contemplationem circa omnia, è quibus ejusmodi hausit cognitiones, quæ videbantur nobis, si non magis sublimes, saltem magis evidentes, magisque proficue cæteris omnibus. Accipe speciatim consolationes, quibus demulcebamur audiendo illas.

ARGUMENTUM.

Quanam fuerint dispositiones Sanctissimæ Virginis in Mysterio Visitationis ipsius.

ARTICULUS I.

Primus ita exortus est loqui: Considerabam felicitatem alicujus animæ, quam præyerit Deus misericordiâ suâ quam-

que sæpiùs visitare dignatur gratijs suis. Et quia sumus in Octavâ Visitationis sanctissimæ Virginis. Ad primum hoc verbum interpellabam

labam ipsum. Quid inquis? an celebratur octava de Visitatione Virginis sanctissimæ? Verum est, respondit mihi, quod non celebratur in totâ Ecclesiâ Catholicâ; siquidem non annumeratur ipsa præcipuis & antiquioribus Virginis sanctissimæ Festis, quæ semper eundem temporibus celebrata sunt in totâ Ecclesiâ. Horum sunt quatuor, quæ celebrantur circa quatuor anni tempestates; nimirum illud Annuntiationis in veteri illud Assumptionis in æstate; illud Nativitatis in Autumno; illud Purificationis in hyeme: quæ sunt velut quatuor Bases, quæ sustentant & conservant devotionem erga sanctissimam Virginem; sunt velut quatuor flumina Paradisi, quæ dum prodeunt ex eodem fonte, ipsam nullo non tempore irrigant celestium abundantiam gratiarum.

Quatuor
Festa præci-
pua San-
ctissimæ
Virginis.
per qua-
tuor anni
tempesta-
tes.

Festum Vi-
sitationis
quando &
quare in-
stitutum.

Verum est: Festum Visitationis horum non accenseri numero, nec esse tam antiquum, eoque celebrari modò inceperit sub regimine Papæ Urbani Sexti, qui instituit illud circa annum 1385. & Bonifacius Nonus immediatus ipsius Successor id confirmavit, idque promulgavit, occasione crudelis schismatis, quod postquam afflixit Ecclesiam ultra quinquaginta annos, feliciter extinctum fuit per hanc devotionem erga sanctissimam Virginem. Non est etiam hoc Festum è numero Festorum magis solemnium, eoque Eccle-

siæ universalis non adjunxerit illi octavam, sicut illis Nativitatis, Assumptionis, & paucis abhinc annis illi Conceptionis Immaculatæ: Nihilominus reperire est plures ordines celeberrimos in Ecclesiâ, qui celebrant Visitationem cum octavâ, uti est ordo sancti Domini, Præmonstratensis Cisterciensis, Cluniacensis, Cælestinorum & Carmelitarum, ut silentio præteream novum hunc ordinem Religiosarum Virginum, qui hisce diebus tanto cum fulgore resplendet in totâ Ecclesiâ sub titulo Visitationis, ac si Deus conferre voluisset jubar singulare magno huic Mysterio, illustrando illud tanquam rotæ solibus, quot numerantur in hoc ordine cœnobii, qui multiplicatur Indies, quamvis adhuc jaceat in cunabulis & nasci vix ceperit: siquidem vidimus ipsum sua sumptuosa exordia cum ultimo nostro sæculo, per incomparabilem pietatem ac zelum magni sancti Esauistici Saleffi.

Probè videbam Marianum hunc cultorem, se diffundere velle in elegia Sancti hujus ordinis & institutionis ipsius, quæ longa nimium fuisset digressio: Siquidem verum est, id esse argumentum tam amplum, tanque locuples, ut longo tempore sese illo non extricasset. Ut ipsum ab eo divellerem, & in suam reducerem viam: Ignosce, inquebam ipsi, quod interpellârim te. Hoc verbum;

Festum Vi-
sitationis
B. V. ce-
lebratur à
pluribus
ordinibus
cum octa-
vâ.

Loc.
15.

bum, octava Visitationis, quod inusitatum mihi erat, admiratione affecit me; non debet tamen nobis obstare, quin addiscamus id, quod volebas dicere nobis. Resumpsit igitur primum suum argumentum, nobisque dixit: Volebam declarare vobis, quam cognitionem mihi dederit Deus, Incarnationis meditati mysterium. Legere non possum tria hæc verba in sancto Luca: *Exurgens MARIA abiit in montana cum festinatione*, quin aspiciam in his cum admiratione, excellentias Sanctissimæ Virginis. In diebus illis, dicit Evangelium, id est, paucis abhinc diebus, ex quo Angelus annuntiaverat *MARIÆ*, ipsam fore Matrem Dei, exurexit illa & per-

rexit in montana, & acceleravit gradum, ivitque festinanter: In omnibus hisce nil video, quod magnificentum non sit, mysteriisque plenum.

Verum quid singulare, quid eximium in his? Dicebam intra meipsum: Exurgit, ut abeat, ut conficiat iter; an conficere hoc poterat manendo domi sedens? Concedit in montana: hæc erat via, quam ambulare debebat: Ibat festinanter, non enim decebat Virginem diu manere in publico, expositam in itinere oculis hominum; ipsa igitur nil facit, nisi quod quævis alia fecisset. Quia capiebam rem nimis materialiter, ipse nostram immutavit mentem, dum aperuit nobis suam.

§. I.

Explicatio Verborum Evangelij, tractantis de Visitatione Sanctissima Virginis.

Luc. 1. v.
19

Exurgens *MARIA*: *MARIA*, inquiebat ipse, non surrexit tantum, ut ambularet in terra, sed surrexit in spiritu supra seipsam, ut evolaret usque in cælum, & ingrederetur consilia æterna Dei circa ineffabile mysterium Incarnationis, quod in purissimo ipsius utero tunc agebatur. An dubitari possit, quin hujus receperit ipsa intelligentiam, eod quod repleta esset verbo æterno, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.

R. P. Isaac. Consulas, Tom. III.

Noverat igitur ipsa benè, quod postea docuerunt nos Theologi, præcipuum Incarnationis ejus scopum fuisse, ut oppugnaret & destrueret monstrum abominandum peccati originalis, quod infecerat totam naturam humanam venenatam mortifero, ut non extracta, quod vitam reciperent homines nisi ut inferret illis mortem. Ipsa igitur exurgit illic, ad mandandum executioni magnum hoc consilium: Cùmque absconditum in sinu suo gereret præstantissimum

S. Joannes Baptista præventus à Salvatore & Sanctissimæ Virginis.

Y y

mum

mum totius mundi medicamentum, accelerat, ut applicet illud parvulo Joanni Baptistæ, quem peccatum originale jam suffocaverat in ventre Matris suæ, Sanctæ Elisabeth.

Sed quare incepit ab ipso, interrogavit aliquis? 1. Quia ipse erat præcipuus & maximus inter natos mulierum. 2. Quia, cum ipse immediatus præcursor esset Messæ, congruum erat, ut reciperet primas gratiarum ipsius largitiones. 3. Decebat, ut Salvator præveniret præcursores suos, & ex singulari privilegio, per quod distingueretur à cæteris hominibus, sanctificaret illum in utero Matris suæ. 4. Quia ipse erat vox, quæ annunciare debebat Verbum: *Vox clamantis*; & ecce Verbum cucurrit ad Vocem, ut conferret illi sonum, quem habere non poterat nisi per afflatum gratiarum ipsius. 5. Quia ipse erat ultimus Prophetarum veteris Testamenti, & primus Apostolus novi, cumque conficeret velut nodum & conjunctionem amborum in Persona suâ, æquum erat, ut, postquam portavit ad tempus grave jugum Testamenti veteris, quod gemebat sub peccato originali, reciperet gratiam novi, per quam liberaretur ab eo, antequam nasceretur.

JESUS &
Joannes
Baptista
existentes
in utero

O profundum mysterium! præ quantum prodigium detegit & insinuat nobis occursum hic JESU & Joannis, qui ambo infantes, qui

ambo conclusi erant in utero Matris suarum! sed unus in utero Matris senis atque sterilis, quod repræsentat legem veteris Testamenti, non producentis gratiam sed illam promittentis & expectantis; Alter in utero Matris juvenis & Virginis, sed fecunda, quod repræsentat Legem novi Testamenti, secundam in Sanctitate, & plenam omni abundantia gratiarum. Ambæ Matres amborum horum infantium occurrunt sibi invicem in hoc mysterio Visitationis; & junior venit ad seniore, quia veritas venit ad figuram, donum venit, & accedit ad promissionem, & divitiæ gratiarum secundi Adam, effundunt se super omnes Adam primi miseras. Sanctissima ergo Virgo, quæ noverat hanc esse præcipuam intentionem Verbi Incarnati, exurgit illic, ut magnum hoc in opus deduceret Consilium. *Exurgens MARIA.*

2. Adhæc ipsa noverat, quod Verbum æternum egrediens è sinu Patris sui, plenum flammis & ardoribus, ad accendendum Sacri amoris ignem in hoc mundo, eo nomine intraverit Virgineum uterum suum, ut omnium primam transformaret se in puram quandam charitatem divinam, uti loquitur Sanctus Bonaventura; sed sicut ignis materialis inclusus manere non potest, dumque includitur, dirumpit omnia, subvertit turres, diffendit petras, dirutus potius

Matrum
suarum.

Sanctissima
Virgo in-
pulla ab
igne Spi-
ritus Sancti
super occu-
pata.

potius montes, quam suam relicturus libertatem: ita ignis charitatis Sanctæ includi non poterat in ergastulo uteri Virginis MARIE, quin erumperet, seque diffunderet foras: *Exurgens abiit in montana cum festinatione*: Is ipsam attollit & abripit supra montes, & quasi volare facit cum impetu, ut totam succendat domum cognatæ suæ Elisabeth. Et ecce quâ ratione.

Dixerat Angelus ad Sanctissimam Virginem, dum conceptura erat Verbum Incarnatum: *Spiritus Sanctus superveniet in te*; pati ergo ratione repleta erat & Verbo divino & Spiritu Sancto, utpote gestans divinas has duas Personas in castissimo utero suo; nihilominus cum notabili hâc differentiâ, quod teneret Verbum quasi captivum in vinculis Virgineæ carnis suæ, quâ indueret ipsum, factum à se hominem; & hæc vincula necessario constringebant ipsum, ut expectandum illi esset novem mensibus, quoad egredi liceret inde: sed Spiritus Sanctus, cum non ita constringeretur, urget & impellit ipsam, ut quamprimum effundat se in animam præcursoris Verbi, quem etiam repleverat Spi-

ritus Sanctus adhuc conclusum utero Matris suæ, luculentis verbis is attestante Sacra Scripturâ: *Spiritus Sancto replebitur adhuc in utero Matris suæ.*

Quam egregiè manifestas, Virgo Sanctissima, in Visitatione tuâ adorandum Mysterium Trinitatis! Credimus, quod Pater æternus (in instanti, quo concipit & producit Verbum in Divinitate) concurrat cum ipso ad productionem Spiritus Sancti: Et Tu ô Mater divinæ gratiæ, ubi primùm concepisti Humanatum hoc Verbum in utero tuo Virgineo, curris & concurras cum Ipso, ad replendum eodem Spiritu Sancto animam præcursoris ipsius. O quàm sublimes erant intentiones tuæ in Visitationis tuæ mysterio! Non ibas ex curiositate, nec aucupatoris vanam aliquam relaxationem, non ut placeres tuæ cognatæ, nec ex alio quodam respectu humano: mens tua elevata usque ad sublimissimas Dei ipsius intentiones, dirigebat te ad executionem Divinæ voluntatis ipsius. *Exurgens MARIA.* Mi Deus! quàm intentiones nostræ abjectæ sunt & viles, respectu illarum Sanctissimæ Virginis.

* * *

§. II.

Discessus Sanctissime Virginis, ut Visitaret

Cognatam suam Elisabeth.

PRIMA hæc verba, *Exurgens MARIA*, miram habent conjunctionem cum sequentibus; *Abiit in montana.* Si in hæc verba licet

Yyy 2 22,

Adricho-
nius in de-
scriptione
terræ San-
ctæ. p. 55.
num. 243.

Quam
viam con-
fecerit San-
ctissima
Virgo visi-
tans Elisa-
beth.

Sanctissima
Virgo a-
scendit in
montes, &
quare?

ra, verum est, quod à Nazareth, ubi habitabat Sanctissima Virgo, usque ad Domum Zachariæ, ubi morabatur Elisabeth, plures fuerint superandi montes; siquidem transeundum erat per Jerosolimam tridui spatio distantem à Nazareth, totâmq; circumfusam montibus; & ultra Jerosolimam conficiendum adhuc iter fuerat unius diei per montes, usque ad civitatem Hebron, ubi domus fuerat Zachariæ & Elisabeth, stadio solummodò distitam à castello Emaus: Hic Sanctus Joannes Baptista editus est in lucem; & quia Zacharias Pater ipsius repletus erat domo Prophetiæ, vidit in spiritu horrendam stragem, quam editurus erat Herodes, patvulorum infantium, accedentium ad ætatem Salvatoris nostri; utque suum custodiret filiolum, ne sicut alij submergeretur decumano hoc sanguinis diluvio, tam industriè abscondit ipsum in cavernâ quâdam, ut illius cognitioni subtraxerit eum.

Sed ne in hæreamus sensui literali historiæ, quis non intuetur mysterium absconditum sub Symbolo horum montium? Sanctissima Virgo non est prius Mater Salvatoris mundi, quam ascendat in montes; & quia noverat Redemptionem mundi adimplendam fore in quodam monte, constringens purissimo utero suo verum Isaac, qui debebat esse victima maximi omnium sacrificij, portat jam

illum supra montem, ubi aliquando fuerat immolandus. Ipsa præoccupat mortem illius, quia novit præoccupare ipsum velle beneficium Redemptionis totius mundi in favorem præcursoris sui.

Nónne verisimile sit, quod Sanctissima Virgo transiens per montes, qui cingebant Jerosolimam, conscenderit etiam montem Calvariæ, qui illi conterminus erat? & quid videre te putas aspiciens in monte hoc Virginem Sanctissimam & portantem in utero mundi Salvatorem? Nónne videre hoc sit primam Crucem, ubi divina ipsius charitas immolare se voluit oculis Patris sui, ad redimendum anticipatò illum, qui anticipare debebat velut præcursor adventum suum, demonstrans se digito velut Agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Hic igitur primus triumphus est JESU Christi de peccato & de diabolo, qui mox gloriabatur ab initio, firmaturum se thronum suum in monte Testamento.

Quid prætendis superbe Lucifer, dum dixisti: *sedebo in monte Testamento*? An loquebaris de Testamento novo, quòd plantatum est ab initio supra montem Calvariæ, & irrigatum proprio sanguine Filij Dei velut Arbor vitæ, ad producendos fructus æternitatis? An pacificè te regnaturum sperabas in monte hoc novi Testamenti? sed nónne debebas, ipsum omnium ruinarum

Sanctissima
Virgo por-
ta ma-
in montem
JESUM
supra mon-
tem Cal-
variæ.

Visita-
tio
Sancti-
sime Vi-
rginis con-
tra cap-
sus peccati

Anima
in Spiritu
Sancto
perat

narum Testamenti veteris esse reparationem. Quam deplorandas tu in illo edideras strages? Tu seduxisti primam Evam, ipsâ mediante introduxisti peccatum originale in mundum; per hoc peccatum gloriebaris tenerete totam naturam humanam sub pedibus tuis, ubi vis tuæ velut tyrannidis servam tûque tantâ domitabaris cum gloria, ut adorandum quasi se proponeres in universo orbe, usque eò prolapsus temeritatis, ut dicere non timeres: similis ero Altissimo. Sed contemisce, dum aspicias secundam Evam, quæ festinanter ascendit supra montem Testamenti novi; siquidem ipsa vindicata hinc est injuriâ à te Evæ primæ illatam; *illa conteret caput tuum*; ipsa subjiciet te pedibus totius naturæ humanæ, quæ amplius non erit tua per peccatum serva, eò quod illa portet in utero suo & deferat in montem novi Testamenti, Triumphatorem omnium peccatorum, & potissimum peccati originalis; Tu videbis id mox annihilatum in animâ maximi inter natos mulierum; & thronus hic, ubi sessurum se sperabas in monte Testamenti, destruetur, conteretur, subvertetur, soliumque tuum adæquabitur solo. Et id eò Sanctissima Virgo abiit in montana cum *festinatione*.

Vel etiam affirmari potest, quod per cursum hunc supra montes tam agilem ac festinum ipsa nos doceat

quod anima repleta Deo habeat alas ad evolandum & superandum facile magnas difficultates, quæ occurrunt in viâ Dei; Verum est, heroica magnarum virtutum exercitia, esse montes, qui horrorem cieant animabus ignavis, eò quod hæc magis deprimantur à pondere naturæ versùs terram, quàm attolantur à spiritu Dei, cui locum non dant, versùs cælum. Difficulus ascendimus montes; fatendum est, quod mortificare immoderata sua desideria, renuntiare inordinatis suis affectibus, videatur mons altus & ingens; fateor, quod præstate & exercere obedientiam cœcam, & nunquam non proprium suum cedere iudicium, illudque submittere iudicio alterius, sit mons admodum arduus; ut verum fatear, amare abjectionem, aucupari contemptum, aestimare & amplecti humiliationem, ad imitandum JESUM Christum abjectum & contemptum coram oculis hominum, mons est, qui horrore percellat: Quis negare potest, quod vivere & mori in Cruce, consecrare se exercitijs ac operibus penitentis austeræ & perpetuæ, mons sit, qui videatur inaccessibleis? unde & videre est illos ipsos, quos prævenit Deus suarum abundantia gratiarum, cadere animò ad radicem sublimium horum montium, quin ausint conscendere illas. Sed ubi Spiritus Dei firmam & constantem alicujus animæ cepit possessio-

Yyy ; nem,

montes
maxima-
rum diffi-
cultatum,

Sanctissima
Virgo p
na port
nferent
ESUM
upra mon
em Culin
iæ.

Visitatio
Sanctissi-
mæ Virgi-
nis conte-
rit caput
serpentis.

Isaie 14
13.

Anima ple-
ta Spiritu
Sancto su-
perare facile

nem, attollit ipsam supra se ipsam; & ubi hæc relinquit se divinis ipsius motibus, nihil amplius impedit ipsam, nec infirmitas naturæ, nec difficultates virtutis, eòquod omnia videantur ipsi æquata & complanata: *Erunt prava indirecta, & aspera in vias planas; ipsa*

Luc. 3. v. 5.

ascendit, ipsa currit, ipsa volat montes super altissimos, & citius superat difficultates, quàm consideraverit illas. Sequamur exemplum sanctissimæ Virginis: *Excursus. MARIA abiit in montana cum festinatione.*

* * *

§. III.

Quanto zelo & fervore visitaverit Sanctissima Virgo Cognatam suam.

Primum hoc verbum, cum festinatione, allicit me, & abripit mihi cor plus cæteris omnibus. 1. Ipsa cucurrit magnâ cum festinatione conscendens & transcendens montana. O quantâ me verbum hoc afficit voluptate! sed videtur, dicebam ipsi, debuisse te potius offendi ex eo: Ubi enim erat modestia pudica & verecundæ Virginis, quàm currere non decet? Et ego quæro, reposuit mihi, ubi esse poterat retinaculum & moderatio Matris, quæ impelli se sentiebat ad pariendum id, quod conceperat: *Conceptum sermonem tenere quis poterit?* Conceperat ipsa Verbum, Verbum, inquam, hoc magnum, quod Pater æternus concepit in sinu suo: quomodo non fortissimè impellatur ad pariendum illud per vocem? Non mireris ergò, quòd magnâ cum festinatione currat ipsa ad Sanctum Joannem, qui erat vox Verbi; nam ita semetipsum is nominat:

Joh. 4. v. 2.
Sanctissima
Virgo currens
super montana,
nos docet
quomodo
eundum sit
ad Deum,

Ego vox clamantis in deserto; quòd autem verbum promptè & celeriter currat ad vocem, nihil conformius est naturæ.

2. Ipsa cucurrit magnâ cum festinatione: quis enim retinere possit animam, quam impellit & abripit Deus, quæque dirigi se finit, quocumque voluerit is ipsam dirigere, per suæ impulsus gratiæ? Nōne enim veritati est consonum tunc illud effatum: *Nescit tardare molimina Spiritus Sancti gratia?*

3. Ipsa cucurrit magnâ cum festinatione, eòquod voluerit se à lassitudine recreare nihil enim magis reddit lapsum, quàm lentè in viâ Dei ambulare; & nihil ita à lassitudine recreat, quàm ex totis suis viribus currere: Ipsa cucurrit celerrimè, quia sequi debebat magnum illum Gigantem, qui è summo egressus est cælo, ut citissimè nostris succurreret miseris: Ipsa portavit hunc in utero suo, & is eodem secum passu eam fecit ambulare

Curriere-
tò in viâ
Dei, pluri-
mū succent
à lassitudi-
ne.

bulare. O quàm felix est anima, quando verè portat Deum in corde suo; siquidem is ipsam quoque portat in sinu suo, & ipsa nullam experitur defatigationem ambulans passu, qui placuerit illi, & ille deducit ipsam, quocùnque voluerit.

Deus portat animas in brachijs suis.
 Sicut.
 Sunt animæ, quas semper videtur Deus portare in brachijs suis, velut dilectas suas soboles, ita, ut quasi non permittat attingere ipsas solummodò terram extremitate pedum suorum: Nonnisi ipsarum est, intelligere benè profundum mysterium verborum sponsæ in sacro Epithalamio: *Dilectus meus mihi, & ego illi, inter ubera mea commorabitur.* Quid dicis ipsi sacra Sponsa? Ego nihil ipsi dico, & ipse nihil dicit mihi, & tamen dicuntur omnia: Ipse me aspicit, & ego aspicio ipsum, & hoc sufficit & ipsi & mihi, quia nos satis & abundè nos invicem sic intelligimus; Ego sum tota ipsius, & ipse totus est meus; Et hoc unicum mihi satisfacit, eòquòd cætera omnia, sive bona, sive mala, ceu nihilum meis videantur oculis, quæ proin maximo prosequor contemptu. O anima mea, intuerè magnas hæc animas à longè, & gaudere te illas sic videre, nec illis tuam invide felicitatem. Humilia te, & agnosce, te tantò magis esse illà indignam, quantò magis abes ab illà.

Deus am-
 Sunt aliæ, quas incedere per-

mittit Deus super terram, sed tenet & constringit quasi ipsas manibus, ipsasque tam fortiter ad se trahit, ut currendo sequantur ipsum. Verum est, ipsas fatigari, sed nonnisi quando sibi indulgent & incedunt lentè; siquidem quantò celerius incedere contendunt, tantò magis suam imminuunt fatigationem: Ut se exstimulent, nunquam non in corde, & sæpiùs in ore habent hæc sacri Epithalamij verba: *Trahè me, & curremus.* O dilectè animæ meæ, tene me firmiter, & trahè me fortiter ad te, & nunquam non curremus simul: Si conquerat de difficultate itineris, quòd conficere oportet me, sequendo te, ne exaudias me, sed reluctantem etiam & invitam me trahè post te, quocùnque placuerit tibi; si enim vel unico momento relinquant me mihi ipsi, cadam in terram & manebo immobilis.

Tandem sunt animæ, quas vocat Deus ad sui sequelam: hæc audiunt quidem ipsius vocem, & volunt ipsum sequi, sed non sequuntur ipsum nisi à longè, & nonnisi per intervalla, & pleræque eò decidunt, ut omninò dederant ipsum. Eheu! quid prodest hisce miseris, quòd nonnisi à longè ipsum sequantur ignavæ & vecordes? non habent sat animi, ut eò sequantur ipsum passu, quo voluerit eas deducere: vellent incedere pro commoditate suâ in viâ Dei; verùm quid prodest hoc illis?

bulare sicut animas in terrâ, sed trahit illas post se.

Deus alias ad se vocat.

Animæ ignavæ latentur, sequendo Deum non nisi à longè,

lis? an unquam assequantur Gigantem magnis ante se passibus currentem, non nisi passu testudineo repentes post ipsum? Intueor Sanctum Petrum sequentem à longè divinum Magistrum suum JESUM Christum in Passione ipsius; *sequebatur à longè*; Et quamprimum video, quòd turpiter neget ipsum exterritus voce simplicis ancillæ. Quid prodest illis, non nisi sequi ipsum per intervalla, modò paulisper fideles in ipsius servitio, modò ignavæ plurimum, non nisi sectantes crepundia terræ: an sperare hæc possunt, reportaturas se bravium, nisi constantes perseveraverint usque in finem? Quid prodest illis, sequi modò Dominum, modò Baal, claudicantes ex utràque parte, nisi quòd imitantes libramentum horologij, quòd nunquam non movetur à dextrâ & sinistrâ, quin unquam suum deserat locum, inventuræ tandem sint, se multum labo-

râsse in tempore, cum tamen vix aliquid fecerint pro æternitate.

Intelices mortis victimæ, quid respondebitis horrendæ exprobrationi, quam faciet vobis Deus in judicio suo? *Quoties volui, & nolui? Quoties volui, & nolui?* Quid tibi feci, ut quoties receperam te, tu denuò desereres me? Quoties ab errore tuo revocavite, & tu semper reversa es in ipsum? an conqueri jure potes de bonitate meâ? Nonne vides, quòd tua perditio, tuæ sit opus malitiæ? Ah! quantus dolor, quantus dolor, mi Deus! Ah quàm mœsta, quàm funesta, infrustruosa tamen in omnem æternitatem pœnitudo! sed tuum avertam ab hæc consideratione animum, quæ non nisi affligere potest eundem, & auscultandum tibi potiùs cum gaudio proponam admirabile Canticum, quòd Sanctissima Virgo modulata est in suâ Visitatione.

ARGUMENTUM.

Expositio succineta Cantici MAGNIFICAT.

ARTICULUS II.

Hic ille, qui loquebatur, attollens in cœlum oculos, & aliquandiu servans silentium, torusque defixus animo, quasi suavem quandam perciperet harmoniam, alloqui nos cepit, tantò cum Spiritus fervore, ut totus extra se ipsum videretur abre-

ptus: O amantissime Deus, quanta illius suavitas! Ah! quàm dulcis est vox Virginis Sanctissimæ! dulcior est ipsa sola, quàm omnis Angelorum in cœlo harmonia! O quàm sublimi tono suum incinit & incipit Canticum! procul dubio sublimior est illo Cherubinatorum gausu.

Sera-

Seraphinorum in cælo. Audiebam, ut mihi videbatur, in silentio orationis meæ resonare Canticum quoddam laudis, Canticum triumphi, Canticum lætitiæ; & tamen non nisi unum idemque est Canticum: Et quidem Canticum laudis cantatum Deo pro in æstimabilibus beneficijs, quibus replevit ipsam: Canticum triumphi pro victoriâ, quam reportavit de peccato & diabolo: Canticum lætitiæ pro gaudio, quo fuit perfusa, dum aspexit abundantiam benedictionum cœlestium, torrentis in morem effusam supra domum Zachariæ & Elisabeth: Et desuper explanavit nobis tanta prodigiâ, quæ observaverat in Canticis Magnificat, quod Carmen est Virginis, ut summâ assecerit omnes delectationes.

Veritas est, fratres mei, dicebat nobis, & affirmandum est, verum id esse Canticum Canticorum. Habebant in lege antiquâ unum ejusmodi, quod ita nuncupabant, eò quod excellentiâ suâ superaret cuncta alia Cantica veteris Testamenti: Sed illud Sanctissimæ Virginis, transcendit incomparabiliter & hoc & omnia alia Cantica, non solum Patriarcharum & Prophetarum veteris Testamenti, sed etiam omnia illa tum Apostolorum, tum Evangelistarum Testamenti novi; Siquidem si attendatur illa, quæ cantat, non est hæc nec Patriarcha, nec Propheta, nec Apostolus, sed propria Mater Dei, nobilior sola cun-

E. P. Isaac Consultat. Tom. III.

& Angelis, cunctis hominibus, & cunctis simul puris creaturis. Quid est cantantem audire Matrem Dei, quæ portabat in utero suo idem verbum adorandum, quod implet ab æterno sinum Patris sui cœlestis? Verum est, quod adorandum hoc verbum non loquatur per os divini sui Patris, eò quod illud ipsum sit Verbum; sed hæc loquitur per os Vivinæ Matris suæ, quæ non facit, nisi quod cantet exterius admirabile Canticum, quod ipsum sit verbum composuit in corde ipsius.

Si attendatur argumentum & materia hujus Cantici, est compendium & brevis explanatio omnium excellentiarum Dei; complectitur enim omnia, quæ unquam fecit maxima in seipso, in tempore & in æternitate, in cælo & in terrâ, pro propriâ suâ gloriâ, & suarum felicitate creaturarum. Devotus Gerson exponens hoc Virginis Sanctissimæ Canticum, formavit sibi dignam pietate suâ sententiam, dum inquit, ipsam implevisse hæc Prophetiam Sancti Regis David, quem avorum suorum accenset numero, canentis Psalmo trigesimo secundo: *In Psalterio decem chordarum psallam tibi.* Observavit ipse, quod Canticum Magnificat decem con-

stet versibus, qui sunt velut decem chordæ, significantes omnem laudem harmoniam quæ Deo cantatur à decem ordinibus ratione utentium creaturarum. Ut inveniat vid.

Canticum
Sanctissimæ
Virginis
excellit
omnia Can-
tica.

Gerson

Psal. 32.

Magnificat
est psalterium
decem chordarum,
de quo loquitur Da-

Zzz aume;

numerum decem chordarum, recenser pro novem primis, novem choros Angelorum, sublimissimo cantantium tono; & pro decimâ collocat totam naturam humanam. Hæc ultima, quæ omnium est infima, erat non solum remissa & soluta, sed omnino disrupta in personâ proto-parentum nostrorum: Sed magnus Symphoniaci Chori Præpositus, qui tam bene composuerat totam harmoniam, ea præiūs nomine venit in terram, ut restitueret illam: Et exin artificem, totumque opus consignavit manibus Virginis Sanctissimæ, quæ Regina Angelorum est & hominum, quæ nunquam communicaverat proto-parentum nostrorum peccato, qui cælestis hujus Musicæ turbaverant harmoniam, & ipsa redidit Deo omnes laudes, quas recipere vult ab omnibus Angelis in cælo, & cunctis hominibus in terrâ; & hinc est, quod ipsa præcinat & prosequatur usque ad metam divinum suum Canticum è denis versibus efformatum: *In Psalterio decem chordarum psallam tibi.*

Tandem si attendatur, quo tono admirabile hoc Carmen concinatur, invenietur, sublimiorem illum esse in ore ipsius, quàm in ore Altissimorum Seraphinorum in cælo: quis enim dubitare possit, quin loquatur os ipsius ex abundantia cordis sui, juxta effatum

psal. 44. Regij vatis David: *Eructavit cor*

meum verbum bonum: id est, cor meum totum plenum verbo adorando, quod concepit, parit & producit illud per linguam meam: Sed vox mea non est nisi Echo verbi hujus adorandi, quod porto in sinu & utero meo: Ego sum, quæ canto, sed verbum, id est, Filius meus est, qui fecit Canticum, ipse composuit illud in arcano & silentio cordis mei, quique meam dirigit linguam ad pronunciantum illud, meamque vocem, ut audiat & intelligatur exterius. Cùm ergo Canticum Sanctissimæ Virginis cantatum sit juxta tonum (si hoc verbo uti licet) verbi adorandi, quod divinus ipse Pater pronuntiat ab æterno, nonne merito dixi, illum sublimiorem esse in ore ipsius, quàm in ore Altissimorum Seraphinorum in cælo? Nunquam laudes Dei decantatæ sunt ex ore quocunque ratione tam sublimi, tamque magnificæ; ita ut credi possit, Regium Prophetam David hoc aspexisse Canticum, quando abreptus admiratione in magna hæc verba laxavit ora: *Domine Dominus noster, quam admirabile est Nomen tuum in universâ terrâ! Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos;* id est, altius, quàm omnes homines, omnesque Angeli illam possint elevare.

Ecce quid generatim nobis dicat circa Majestatem Cantici Sanctissimæ Virginis, ubi etiam observandum

Sanctissimæ
Virgo cantat
solum
Canticum
cono subli-

psal. 4.

dum nobis proponit, quòd sancta Ecclesia à Spiritu DEI gubernata tanti illud faciat, ut nunquam intermittat id modulari indies in Vesperis, & quidem tam magnificentis cum ceremonijs, ut videatur præferre illud cunctis residuis laudibus, quas reddit Deo; siquidem thus adolet Altaribus, illudque per totam circumfert Ecclesiam; surgunt omnes, & suam excitant mentem, renovantque attentionem; & vix est, qui non singulari perfundatur gaudio in corde suo: Hinc omnes propofuimus majori deinceps reverentia & devotione divinum hoc profequi canti-

cum, nostrosque seridò elevare animos, cum audierimus cantari illud, ut amplectentes sensa & affectus Sanctissimæ Virginis, elevemus cum illà magnificentiam Dei super cælos.

Si generica hæc declaratio demulset nos solatio, longè majori delibuti summus, dum in particulari quamlibet harmoniæ hujus prorsus cælestis tetigit chordam, quamvis non nisi levissimè tetigerit illas: hinc etiam auscultandis illis maximà oportebat mentem defigere attentione, uti

videbis.

* * *

§. I.

Quid significet propriè hoc Verbum

Magnificat.

Ecce unde suum incipiat Canticum: *Magnificat anima mea Dominum.* Anima mea, exclamat ipsa ex intimo cordis sui, abrepta ipsius tum amore, tum gaudio; Anima mea magnificat Dominum. Quid per hoc vult dicere? An quidquam adjungere vult gloriæ DEI, illamque majorem reddere, quàm sit? Si hoc est, prætenderet quid impossibile: imò cujusdam foret id species blasphemix, quam non excusaret, nisi excessus amoris, qui ipsemet non capiens, quod experitur, sapiùs etiam ignorat, quid dicat. Sed Verbum hoc *Magnificat*, signifi-

care non intendit; Anima mea adjungit aliquid gloriæ & magnificentix Dei; magnificate enim propriè vult dicere, magni facere: Jam magni facere rem aliquam, est illam magnificare, & quantò majoris sit, tantò magis magnificatur.

Ipsa declarat igitur, quòd Anima sua tam magnam concipiat æstimationem de Deo, ut nihil æstimet, nisi ipsum solum, quòdque id omne, quod non est ipse, non nisi purum sibi videatur nihilum, & consequenter ipse solus omnem suam ad se rapiat existimationem, omnemque suum amorem, quòd-

Quid sit propriè magnificare Dominum.

Z z z

que

que residua omnia, nullam sibi ex eo vendicent partem, eòquòd fiat nihil. Omne, quod non est Deus, est nihil, eòquòd oriatur è nihilo æterno, ubi languebat ante mundi creationem; & exin cursu præcipiti revertitur in aliud nihilum æternum, quod finem excipiet mundi, ubi omnes hæ creaturarum vanæ species & sæculi pompæ in nihilum recident æternum. Ipsiùs anima magnâ hæc imbuta veritate, tanti facit, tamque sublimi ratione magnificat Deum, ut non amet neque æstimet quidquam, nisi ipsum solum. Et hinc oritur hæc tam perfecta ipsius ab omnibus creaturis separatio, ut non adhæreat, nisi Deo soli; hinc magnus ille mundi contemptus, & propria ipsius humilitas, per quam dignissima facta est, omnium creaturarum & elevata ad dignitatem Matris Dei. O quam brevî anima, quæ comprehenderet vel leviter sublimem hanc Philosophiam, hæncque caperet doctrinam, assequeretur, maximæque facilitate obtineret ingentem magnorum sanctorum perfectionem!

Sæpè non dicimus verum, dum dicimus: Magnificat anima mea Dominum.

Facillimè pronuntiamus *Magnificat*, dicimusque abs hæsitatione magnificare nos velle Dominum; sed nonnisi os loquitur, dum animus nec minimam de hoc concipit cogitationem; vel si cogitamus de hoc, quod dicimus, judicamus quidem, æquissimum esse, ut æstimemus & amemus,

id est, magnificemus ipsum super omnia, sed nonnisi mera & simplex hæc speculatio est, cum interim cor vero illius non astuet desiderio, agatque protersus appositum. Hæc ratione non imitamur Sanctissimam Virginem, quæ suum magis ore impendit cor, & magis linguâ suam impendit animam, ad magnificandum perfectissimâ ratione Dominum: *Magnificat anima mea Dominum*. Magna hæc anima, quæ nunquam infecta fuerat contagione peccati vel minimâ; magna hæc anima quam nunquam scõdaverat affectus erga creaturas vel minimus; magna hæc anima altior cœlis, purior cunctis spiritibus Angelicis; magna denique hæc anima, tam Deo propinqua, ut magnificentissimus ipse existat Thronus, sola est igitur, quæ tam dignè magnificet Dominum, ut elevet magnificentiam ipsius super cœlos.

Cogitemus nos peramanter in. Psal. 117.
vitari ab ipsâ, ad magnificandum
secum Dominum: *Magnificate*
Dominum mecum; mecum filij
mei & servi mei, mecum amici
mei, & veri devoti mei, mecum
eosdem induite affectus, iisdem
cor vestrum & animam vestram
accendite desiderijs, ut simul mag-
nificemus Dominum; & quoties
cantari audieritis *Magnificat*, asso-
ciate vos mihi, ut eodem mecum
tono decantatis magnificentiam
Domini. Nonne id vultis? om-
nes

nes imò ex pectore altum trahentes suspitium, responderunt se velle.

Pergit igitur & secundam psalterij tangit chordam; *Et exultavit Spiritus meus in Deo salvatori meo;* & verba hæc dicens experiri videbatur id in seipso, quod significat; *Et Spiritus meus totus repletus fuit, totisque inebriatus gaudio, quod gustabat in Deo salvatori meo.* Sed verbum hoc Emphaticum *exultavit*, non significat solum abundans quoddam gaudium. Albertus Magnus inquit, quod significet abreptionem quandam animi, effusionem quandam cordis, & certum quandam lætitiæ excessum, qui cum continere non possit nimis vehementes suos impetus, & velut coactus foràs erumpat, obliviscitur corpus modestiæ & gravitatis suæ; videtur suum perdere pondus, agitur, salit, exultat, volat, destituitur animo, & quasi corripitur deliquio. Nonne videre fuit plures, qui nimio perfusi gaudio cesserunt fati, dum summâ quâdam & inopinatâ obruebantur felicitate?

Historia refert de duabus illustribus foeminis Romanis, quæ, postquam duos suos desseverant filios, quos periisse credebant in naufragio, videntes ipsos ex improviso suis coram oculis, non solum vivos, sed etiam honoribus auctos, in instanti præ gaudio prolapsæ sunt mortuæ. Recenset insuper

de quodam, cui nomen diagoræ, qui cum videret duos suos filios (vel ut Gellius inquit) tres suos filios simul reduces è bello victoriosos, summâque redimitos gloriâ, applaudente & florum manipulos adsternente illis populo, tantâ lætitiæ oppressus fuit vehementiâ, ut solutâ corporeis vinculis animâ illic exspirârit. Meminit insuper cujusdam Philistionis, insignis omninò sæculi sui Poëtæ, qui honorari se videns à principibus, tanta exin perfusus est gaudio, ut suam fuderit animam.

Verùm si vehementes impetus, quibus abundans nimis gaudium obruit animam, tanti sunt roboris, ut vinculis expediant ipsam corporis, quâ ratione factum est, interrogavi ipsum, ut supportare Sanctissima Virgo potuerit, quin moreretur, omnium abundantiam gaudiorum, qui torrentium instar exonerâtunt sese in cor ipsius, quando aspexit se matrem Dei, Angelorum hominûmque Reginam, & tandem omnium creaturarum tam maximam, tam felicissimam; & quod magis afficiebat ipsam, quando aspexit Deum tam mirificè in suâ glorificari personâ, nonne oppetere debebat mortem? Quomodo igitur vivere poterat? certissimè teneo, respondit mihi, id factum esse per ingens miraculum dexteræ Dei, & si ipse non conservâisset unionem corporis cum animâ ipsius, per eandem

Gaudium
mori non
fecit San-
ctissimam,
& quare.

hanc infinitam potentiam, quæ confecit unionem Humanitatis sanctissimæ cum divinitate in personâ Filij ipsius Unigeniti, ipsam nunquam supportaturam fuisse sui excessum gaudij, nec sui violentiam amoris, quod non corpore soluta evolaret in cælum.

Gaudium
conciliare
deberet
mortem
animæ
semper vi-
venti in
gratiâ

Eheu! prosequitur, quomodo possibile est, quod nos qui felicitatem possidemus non multum ab similem felicitati Sanctissimæ Virginis; nos, qui æquè replemur sicut ipsa, intimâ Dei præsentia, quamvis non eadem ratione; nos, qui possidemus ipsum velut pretiosum nostrum thesaurum, quem nemo potest tollere à nobis, si gratiam habeamus, & ipsimet perdere nolimus ipsum; nos, qui regnantem videmus ipsum in nostrâ animâ, quæ est regnum ipsius, tam certò, quam videant ipsum Beati in cælo, nisi quod illi videant ipsum clarè per lumen gloriæ, & nos obscurè per lumen fidei; sed certiores ipsi non sunt ex eò, quod vident, quam nos ex eò, quod credimus; nos, qui amamus ipsum in terrâ eodem amore, quo amatur à Beatis in cælo, quique amare ipsum possumus etiam majori amore, quam aliqui ex ipsis, & consequenter habere eor majori referunt gaudio, cum gaudium proficiscatur ex amore, dum suo fruatur amato; nos, quibus facultas est intrandi tam facilè in gaudium Domini nostri, cum magnum illius

oceanum semper circumferamus in cordibus nostris, utpote propria Dei repleti essentia; nos, qui nunquam non portamus in brachijs Providentiæ ipsius, velut dilecti ipsius filij; nos, quibus præparat & pollicetur Regnum æternum, modò amamus ipsam ex toto corde nostro; nos inquam, qui circumfusus nos videmus tantâ felicitatis abundantia, quique de hoc dubitare non possumus, non motiamur præ gaudio, cum dicere etiam possimus, quod Sanctissima Virgo: *Exultavit Spiritus meus in Deo salutare meo?* Ecce cum gaudio non currimus viam mandatorum ipsius, cum gaudium dilater cor, & cor gaudium dilatatum habeat alas, quibus attollatur in altum & possit volare? Ecce sæpius deiecitur tadio, tristitia, vecordique ignavia, acsi non nisi miseria nobis forent expectanda? Nonne sine intermissione exstimulanda foret nostra ad jubilandum anima, è præsentis aspectu felicitatis, quâ fruatur possidendo jam Deum? nonne attollendi sæpius nobis sunt in cælum oculi, & dicendum: aspice anima mea magnificum Patris tui ecclestis palatium, ubi tibi præparat æternum gloriæ suæ regnum, postquam toleraveris parvum hoc tribulationis in vitâ præsentis momentum. Ah! an momentum tribulationis me prosternat, pro eo, quod felicitatis, quam exspecto, æternitas me incessanter in cælum attol-

s. Ber
Dis
inter v
catem
milita
& vict
humili
tis.

Efficit
motiva
gaudij bo
nae alioq
anima.

Potest
beri ver
humili
tis; abs
quod h
beatur
militati
virtus.

attollat. Omnes magnâ cum voluptate hæc audientes, magnos sumpsere animos maximo delibuti gaudio & solatio.

S. Bernard.
Differentia
inter veritatem
humilitatis,
& virtutem
humilitatis.

Nihilominus, ut nostro incrementum afferret gaudio, tetigit paulisper tertiam Plalteryj chordam: tertium Cantici admodulans versum. *Quia respexit humilitatem ancilla sua.* Sanctus Bernardus egregiam facit differentiam inter veritatem humilitatis & virtutem humilitatis; veritas ostendit nobis proprium nostrum nihilum, & propriam nostram objectionem; virtus facit nos illam amare, & libenter confiteri, nos esse nihil, Deumque solum esse omnia; veritas nos confundit, nosque prosternit, virtus nos attollit, nosque exstimulat; veritas humilitatis nos illuminat; sed virtus humilitatis nos accendit. *Est humilitas, quam nobis veritas parit, & non habet calorem; & est humilitas quam charitas format & inflamat.* Per veritatem humilitatis abundè videmus, nos esse nihil propriumque nostrum experimentum conferte nobis potest hanc notitiam; sed per virtutem humilitatis volumus tum contemnere nosmetipsos, tum contemni ab omnibus; & hæc est specialis gratia Dei, & solidum omnium gratiarum fundamentum. Non est esse humilem, dicit S. Franciscus Salesius, nosse quidem, nos magni quid non esse, nec magnum facere nosmetipsos posse; id

est, non esse bestiam; sed hoc est, esse humilem, amare suam abjectionem, gaudere illam ab omnibus agnosci, magno contemptu & Sancto odio prosequi seipsum, ut omnis æstimatio, omniisque amor exhibeatur Deo: quisquis verè hujus plùs habuerit humilitatis, plùs quoque ipse placebit oculis.

Jam hæc in parte Sanctissima Virgo omnes puras excellit creaturas, hæcque ob rationem summè ipsius oblectavit oculos, demulsit cor, abripuit animum. Abyssus profundæ ipsius humilitatis attraxit abyssum Majestatis ipsius infinitæ: *Abyssus abyssum invocat.* Et in

Humiliter
SS Virgini
non parcm
non habet.

comprehensibile hoc prodigium cum dilataverit cor ipsius gaudio velut immerso, modulari fecit ipsam in Carmine suo. *Respexit humilitatem ancilla sua.*

Psal. 41. v.
8.

Et probè cognoscens, gaudium suum diffundendum fore in universum orbem, edquod in utero suo portaret illum, qui futurus erat summa omnium felicitas hominum, sequentia adjunxit verba: *Eccc enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes;* Audite hoc mortales miseri, omnesque generationes, quæ extiterunt ab Adam, usque ad novissimum hominum, audite & applaudite felicitati Sanctissimæ Virginis: Venite omnes mundi nationes, quæ incolunt Orientem & Occidentem, Meridiem & Septentrionem; Accurrite omnes populi, cuicumque statûs

Cur omnes
generatio-
nes ipsam
dicant Bea-
tam.

&c

Potest ha-
beret veritas
humilitatis;
ab eo
quod ha-
beat humilitatis
virtus.

de conditionis, Christiani, Judæi, pagani, Mahometani, magni & parvi, divites & pauperes, docti & indocti, peccatores & probi, venite omnes, ut beatam prædicitis Sanctissimam Virginem, eoque quod respexerit Deus humilitatem ancillæ suæ, & respexerit oculis tam benignis, ut Filius Unigenitus, qui regnat ab æterno in sinu divini Patris sui delicijs plenissimo, alius invenerit in ipsâ delicias, à quibus illectus & attractus est in sinum & uterum ipsius. Dicebat hæc tanto cum Spiritûs fervore, ut videretur dare voluisse vocem & sensum cunctis creaturis ad honorandum Sanctissimam Virginem.

Non poteram me continere, quin interpellarem & interrogarem oratorem nostrum: Unde igitur est, quod plurimi non tantum non honorent MARIAM, sed pro viribus suis imminuere & annihilare contendunt universalem erga ipsam omnium populorum devotionem? Si essent Judæi, Mahometani, hæretici, tolerandum adhuc foret; sed quod ejusmodi inveniantur etiam inter eos, qui Christianorum & Catholicorum gloriantur Nomine, quique cum publicè non audeant oppugnare honorem & cultum debitum Matri Dei, quem adorant, & Salvatoris animarum suarum, mille utuntur artificijs, ut, dum ipsam se defendere simulant, eandem perse-

quantur, imitantes proditorem Judam, qui osculando JESUM Christum, tradidit eum in manus inimicorum ipsius? An qui ejusmodi sunt, accenseantur numero omnium generationum, quæ Beatam prædicaturæ sicut ipsam? Cui coram illos putas aggregandos?

Nescio, respondit mihi; Legi enim in Sancto Bernardo, quod omnes creaturæ utentes ratione studeant honorare ipsam, in quocunque mundi extiterint loco, sive in cælo, sive in purgatorio, sive in hoc orbe; illæ in cælo benedicunt ipsam & reverentur velut Repartricem ruinæ Angelorum rebellium; illæ in purgatorio attollunt ad ipsam manus, illamque velut Potentem invocant Mediaticem, quæ suam sibi valeat accelerare felicitatem; & illæ in hoc orbe confugiunt ad ipsam velut Advocatam, summâ referant charitate, sicut cum Deo Filio suo reconciliationis. Sic omnia honorant & invocant ipsam in cælo, in terrâ, & in Purgatorio. Ubi sunt ergo, qui non honorant ipsam? Non nisi infelix inferorum est Regio, ubi ipsa habetur despiciatui: Quid scio, an inimici occulti vel publici admirabilis hujus Matris regionis hujus sint inquilini? Nunquam non audivi, manifestissimam finalis reprobationis esse notam, nullam erga Sanctissimam Virginem habere devotionem.

* * *

Quid cogitandum de
iis, qui non
honorant
Sanctissimam
Virginem.

D. Th.
1. p. 9
n. 6.

Deus
dem
pore
in 33.
giac
tam
nobis
excell
tius f
pedit.

§. II.

*Gratitudo Sanctissimæ Virginis ob collatas
à DEO sibi gratias.*

POst pulsatas egregiè tres primas
Psalterij chordas, sequentium
quoque non minus suavem auri-
bus nostris insinuat harmoniam:
Fecit mihi magna, qui potens est.
Non erat quid magnum respectu
Omnipotentis Dei creasse univer-
sum huic orbem unico verbo, po-
terat enim illorum creare plures
alios longè excellentiores: Sed tria
sunt iuxta mentem Doctotis An-
gelici, quæ Deus tam fecit magna,
ut exhauriant omnipotentis ipsius
brachij fortitudinem, ita ut illa
facere non posset nec majora, nec
nobiliora. Tria hæc sunt Homo-
Deus, Mater Dei, & Beatus fruens
Visione Dei. Jam eodem tem-
pore tria hæc operatus est in San-
ctissimâ Virgine: Siquidem Filius
Dei factus est Homo in purissimo
ipsius utero; Ecce primum pro-
digium: ipsa verè facta est Mater
Dei; ecce secundum: Et eodem
instanti Deus Homo possedit cla-
ram visionem Dei; ecce tertium.

Silete Angeli, obstupefcite cœ-
li, auscultate homines terræ, San-
ctissimam Virginem cantantem au-
dite cum voluptate, quo attonitas
reddat omnes creaturas: *Fecit mi-
hi magna, qui potens est.* Deus
omnipotens, quem adoro, fecit
in me omnia, quæ facere extra se

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

potest, maxima. Videte, quòd
ipsa tam verè sit Mater Dei, quàm
Pater æternus ipsius est Pater, ea
quia gloria infinita est Patri talem
habere Filium, admiremini, cum
capere non possitis, quanta sit glo-
ria Sanctissimæ Virgini, existeret
Matrem ejusdem Filij: Admire-
mini, quòd ipsa sit Domina, non
solùm creaturarum omnium, sed
Creatoris ipsius, qui cum ipsius fa-
ctus sit Filius, factus est quoque
inferior & subditus ipsius. Con-
templemini, quòd ipsa primus sit
Paradisus, eòquòd in purissimo
ipsius utero prima rationalis anima,
quæ est illa Filij ipsius Unigeniti,
clare incipiat videre essentiam Dei,
& consequenter ipsius Dei ipsa sit
Paradisus. O Mater admirabilis!
ô excellentia omnium maxima:
ô epitome omnium mirabilium
Dei! quantum prodigium! quan-
tum portentum tu es? Verùm quid
dicit ipsa post hæc?

*Et misericordia ejus à pro genie Sanctissima
in progenies.* Ipsa nostram decan-
tat felicitatem, postquam depræ-
dicaverat suam; ipsa tanto cum
gaudio, quantâ cum admiratione
aspicit, quòd infinitæ misericordiæ
Filij sui Unigeniti inclusa non sint
in castissimo utero suo, nisi ut
liberaliter effundat illas in genera-
tionum.

Aaaa

Deus co-
dem tem-
pore fecit
in S. Vir-
gine tria
tam magna
ut his nihil
excellen-
tius facere
posset.

D Thom.
1. p. 4. 25
1. 6.

Quid cogi-
andum de
s, qui non
onorat
an S. Vir-
ginem

tionum generationes, id est, in omnem innumerabilem multitudinem hominum, qui vel unicum excludere velit infinito Redemptionis suæ beneficio: Siquidem verum est, quod *pro omnibus mortuus est Christus*; Verum igitur est, quod *omnes vult salvos fieri, quodque neminem vult perire*. Intelligis hoc bene hæretice? JESUS Christus, unicus Patris æterni & Sanctissimæ Virginis Filius, mortuus est pro omnibus hominibus, ipse salvos vult fieri omnes, ipse perire vult neminem: intelligis hoc bene infelix? an verba hæc omni referta suavitate potes audire, quod non contradicas illis pro eo, quod repleant te gaudio, & abripiant admiratione.

Damnati summè torquentur, dum addiscunt id, quod canit Ecclesia in Cantico Magnificat.

Audite hæc infelices damnati, qui lugetis in æterno barathro inferni: Filius Dei mortuus est pro omnibus vobis; ipse voluit vos omnes salvos fieri, ipse nec unicum voluit è vobis perire: Aspici- te hæc & contabescite præ dolore, quod vestram amiseritis culpam vitam æternam, bonum infinitum, ineffabilia ac immensa gaudia, quæ suam is vobis acquisiverat morte. Ah! quantæ rabies, quantæ desperationes quanti furores in perpetuum Cor vobis lacinabunt, ex aspectu infinitæ bonitatis Dei, quem amare nolujstis, nec illi servire, postquam ipse magis propria suam amavit vos vitam, & mortuus est, ut serviret vobis! Auferte à me hu-

jus rei memoriam, amovete à me bonitatis hujus aspectum, quo torqueor atrocius, quam omni igne infernali clamabitis. O si saltem id vobis esset solatij, ut dicere possitis: ipse non amavit me, ipse non est mortuus pro me, ipse meam non voluit salutem, ipse mihi defuit gratia, aliquis vobis esset excusationis titulus, & levis quædam vestrarum imminutio peccatorum; sed dicere hoc non poteritis; dicitis id quidem præsentis temporis vitæ ex horrenda quædam cæcitate, vel desperatâ potius malitiâ; sed modò hæc cæcitas vestris est absterfa oculis, vestra modò malitia afficitur supplicio: ipse pro vobis tolerata, & à vobis contempta mors, invitos morti vos faciet morte æternâ; & Passionis ipsius tormenta, quæ amore vestri sustinuit, quæque habuistis desperationi, inferent vobis cunctos inferni cruciatus, à quibus exsolvemini nunquam in æternum. Vos id scire nolujstis, nec id credere aut considerare vestræ temporis vitæ; Jam id nôstis, id sentitis, & sentietis in æternum sub Omnipotentis brachio, qui ulciscetur absque misericordiâ & absque metâ incredulitatem vestram, & abominandam vestram ingratitude.

An hoc sit, quod Sanctissima Virgo insinuare vobis in suo voluit Cantico, dum posthæc cecinit: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.*

Attir.

Coron
Mon
rum
ipfor
culun
pitibu
dum
narch
desce
in ter

Affirmat, idem Omnipotens Dei brachium, quod tanta fecerat in se ut suam demonstraret misericordiam timentibus ipsum, demonstratæ similiter formidendos iracundie suæ effectus, ut suam glorificaret iustitiam in puniendis illis, qui non amaverint ipsum; eosdemque oculos, qui benignè aspexerant profundam suæ humilitatis abyssum, aspexisse quoque cum indignatione superbiæ montes in adversarijs & hostibus suis, eademque potentia, quæ exaltat ad solia humiles, præcipitare ipsum ambitiosos ac superbos in barathrum abjectionis.

Sanè consideratu res est stupenda, quod in tempore, quo infinita Majestas Dei apparere voluit in terris, usque ad nostrum humiliata ac depressa nihilum, superbia humana disparuerit coram oculis ipsius, sicut tenebræ noctis in præsentia solis. Nonne videre erat, dum is nascebatur in exili stabulo, supra paleam & inter bestias, quantæ ceciderint coronæ è capitibus eorum; qui capita summa erant & ambitiosissimi in mundo? In imperio Romano, quod toti dominabatur orbi, Julius Cæsar, Pompejus, Lepidus, Antonius, tæque alij Principes, ceciderunt ad pedes solius Augusti Cæsaris, qui Imago erat JESU Christi, juxta eximiam Cardinalis Baronius in Annalium suorum exordio observationem, asserentis, quod ideo

hic Princeps portare noluerit nomen Domini, quamvis is solus videretur esse Dominus totius hujus inferioris mundi, quasi declarare per hoc voluerit, figuram ampliùs non esse in præsentia veritatis. Et in Judæa Hircanus & Aristobulus dejecti sunt è solijs suis; sicut & crudelissimus & impius Herodes, qui triumphare jam sese in suâ credens superbiâ de Deo hoc humiliato, exertoque ipsum persequens gladio, illumque submergere volens copiosissimo Sanguinis tantorum infantium à se occisorum diluvio, propria suâ trucidavit se manu, non inveniens alium licetorem in universo orbe magis dignum se, ad exequendum supremum æternæ sententiæ Dei in personâ suâ supplicium. *Et nunc Reges intelligite; audite hoc Reges terræ; audite magni, potentes ambitiosi, arrogantes hujus mundi, & addiscite humiliare vos sub humilitate supremi vestri Monarchæ; aliàs Omnipotens ipse brachium onerare vos noverit opprobrijs, non adhibiturus (si ita voluerit) nisi res plurimum abjectas & despiciabiles.*

Sanctus Antoninus refert de *S. Antonius* per exemplum prorsus singulare *nus p. 2. tit. 3. c. 2.* & admodum jucundum de quodam Principe ultra modum superbo, qui cum cantati in Cantico Sanctissimæ Virginis hunc versum audiret: *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles;* Ecce, inquit,

Historia jucunda & plena documento.

quit, ridiculum ostentationem, quã deprædicat MARIA sui potentiam Filij: Dolendum sanè, quòd me hucusque non deturbaverit folio; expungendus proin mox foret hic versus è Cantico *Magnificat*. Sed Deus, uti faceret ipsum ridiculum, & magnam ipsius arrogantiam magnã humiliaret confusione, uti non voluit nisi simplici quãdam apparentiã. Cum Princeps hic aliquando esset in balneo, exiguo suorum stipatus Comitatu, Angelus quidam occultè, illius se induit vestimentis, ipsiusque assumens figuram concessit in aulam, ejusque famulos trahens post se assecras: Princeps egresso balneo, cum se totum solum aspiceret, neque amplius sua vestimenta inveniret, induere coactus est pannos quosdam centones, quos illorum loco ipsi reliquerat Angelus; unde percitus furore, & exiliens prærabie sub exili hoc apparatu, accessit aulam, non nisi flammam vibrans & ignes veluti desperatus, innumeris injurijs ac minis omnes suos obruens famulos: Sed hic longis tractibus absorbenda ipsi fuerat confusio; siquidem cum non agno-

sceretur sub hujus mendicabili specie, acceptus fuit velut ridiculus, temerarius, fatuus ac stolidus, contemptus, expulsus, parùmque abfuit, quia mactaretur verberibus: non diu duravit tragœdia, diutius tamen, quàm ipse voluerat; siquidem cum adductus esset coram Angelo, quem regio suo aspiciebat amictum murice, quémque tota aula velut suum venerabatur Principem; Cùmque per aliquas horas omnium exhibitus fuisset ludibrijs, Angelus in quoddam conclave seorsim abducto asperè suam exprobrans arrogantiam, efficaciter demonstravit illi infinitam suam à Deo dependentiam, & obligationem nunquam intermissam, quã teneretur divinæ ipsius misericordiz, quòd tanto tempore ipsum tolerans velut Alterum Luciferum non detrusit in inferni barathrum, & suis redditis ipsi vestimentis, suã exuit ipsum arrogantiam; Ex quo velut legitimus receptus princeps, modestus deinceps habere se didicit. Eheu! quàm facile est Deo nostram humiliare superbiam, nostròque nos restituere nihilo!

§. III.

Providentia Dei specialiter sese extendit erga bonas animas.

SEPTIMA hæc psalterij ipsius chorda magis suavi, magisque jucundo resonuit tono; siquidem at-

tollens iterum cogitationes suas usque ad infinitam Filij sui bonitatem, quem velut suum aspiciebat Patrem,

Providentia magna
potest miracula ad
nutriendam servos
suos.

Patrem, velutque magnum Patrem familias abundantissimè prospicientem cunctis creaturarum suarum necessitatibus, ipsum laudat, ipsique rependit grates pro eo, quòd satiare dignetur hominum famem manu tam paternâ, tamque magnificâ ac liberali: ipse est; qui enutrit tam copiosè universum Israël's populum per quadraginta annos in deserto producens illis manna è providentiâ suâ thesauris, subministrans id illis per suos Angelos, qui Curia suâ cœlestis sunt principes: Ipse est, qui saturavit famem Vatis Eliæ in suâ solitudine per ministerium Angeli; illam Danielis in lacu leonum per Prophetam Habacuc; illam Sancti Pauli Eremitæ in deserto per corvum afferentem ipsi in dies panem; ipse denique est, qui suam quotidie liberalem aperit manum ad suppeditandum alimentum non solum cunctis animantibus, quæ culpâ vacant, sed cunctis hominibus ipsum offendentibus. O si ingentia providentiâ ipsius miracula non forent tam usitata, quanto majori admiratione aspiceremus illa! quanto stupore maneremus defixi tanta intuentes continuè prodigia!

Dens melius nutrit
animas,
quàm corpora.

Nihilominus, quia nulla necessitas ipsi tam cordi est, sicut illa animarum ipsam Esurientium, maximum quoque ipsius est desiderium satiandi illas. Nulla unquam anima tam ardentè esurit Deum, tamque ipsius fuit famelica, sicut

illa Sanctissimæ Virginis, & nullatenus unquam illa copiosius fuit exsaturata, eò quòd repleverit is ipsam ex eo, quòd omnes suas æternas facit & constituit delicias; ipse sibi subtrahit, si ita loqui licet, ex ore panem, ut hunc dispergiatur illi, eò quòd ex eadem nutrièrit illam substantiâ, quâ nutrebat se ipsum. Unus idemque Filius Unigenitus, qui replet Patrem & Matrem, est vita amborum; sed quòd summè consolari nos debet, est, quòd communicare nobis velint ex suâ abundantia: *Saturati sunt filij, & dimiserunt reliquias suas parvulis suis*, *Psal. 136. 9.* Nimium est, divina Mater, nimium est, ad saturandum te abundantissimè, quòd sola tu habeas Filium hunc Unigenitum qui sufficit ad nutriendum tam genialiter ac jucundè Patrem suum æternum: Tu affluis, tu superabundas, communica nobis ex tuâ abundantia, amabilis Mater, nec sola tuum habeto Filium, reliquias dimitte ex eo & nobis parvulis tuis.

Hem! nonne per illam inestimabili hâc fruimur felicitate, quòd nutriamur propriâ substantiâ Dei? siquidem quâ ratione potuissimus illam recipere in sanctâ Communionem, si divinitas tota spiritualis, & infinitâ ratione omnes transcendens sensus, se non demississet ad accommodandum se nostræ infirmitati; & quòmodo id fecisset, nisi induisset se carne humanâ? & cui

Obligatio,
quâ tenemur
Sanctissimæ
Virginis.

tenentur omnes mortales de hac illi data, ad dandum illam nobis aded proportionatam infirmitati nostræ, nisi Virgini Sanctissimæ? Si solus Pater nobis suum dedisset Filium, totum divinitatis suæ refulgentem gloriâ, quomodo recipere ipsum potuissimus? Erat hic cibus fortis nimium, uti egregiè discurret Sanctus Augustinus, pro debilitate nostrâ velut parvulorum adhuc infantium; oportebat transire illum per uterum Matris, & effici velut lac proportionatum infirmitati nostræ: *Oportuit, ut mensa illa lactesceret, & sic ad parvulos perveniret.*

August.

Esurire debemus sacram Communionem, ut ex eâ hauriamus fructum.

Venite, filij mei, invitat nos Sanctissima Virgo: Venite ad splendidam se jucundam mensam, quam Pater æternus & ego præparavimus vobis; Ipse dedit Divinitatem ipsius, & ego subministravi ipsius Humanitatem: Invenietis utramque unitam in Sanctissimâ Evcharistiâ; Venite & comedite panem hunc vivum, descendentem de cælo; sed esurire oportet illum: *Esurientes implevit bonis*: Siquidem nonnisi famelici degustant delicias divini hujus alimenti, ac toti satiantur ex illo: Nonnisi qui ingenti flagrant factæ communionis desiderio, qui frequentant illam profundâ cum reverentiâ ac ardenti amore, maximos exim hauriunt fructus, lucra percipiunt & commoda.

Anima ge-

Et unde oriuntur cuncta nostra

tædia, omnes nostræ negligentia? ^{stans mundum, non invenit gratiam in Deo,} Cur non videre est omnes Christianos languere præ desiderio & sacra erga divinum hoc alimentum emori fame? nisi quod omnes tepleantur & disfluant vanitatibus & voluptatibus mundanis, quibus se pascunt & reficiunt: Hi gustare nequeunt Deum, eoque nimum degustent creaturas; siquidem anima magnificiens mundum, parvi facit Deum, & cui omnia est mundus, nihil illi est Deus. An sit in mundo magis infelix, magisque deploranda conditio, quam eorum, qui contemnunt, vel accedere frequenter negligunt ad sacram Communionem? Eheu! private se Deo voluntariè, nonne sit ratione quâdam condemnare seipsum?

Interim Sanctissima Virgo suum absolvens Canticum, addit animum Abraham, & toti posteritati illius, assecurans eum, quod semper DEUS suis complectatur brachis Isaacem, velut dilectum suum filium, juxta factam ipsi pollicitationem, quodque nunquam sit derelicturus illum: *Suscipit Israel puerum suum, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini ejus*; sed posteritas hæc non est illa carnalis Judæorum, quia hi derelicti videntur à Deo, sed illa spiritualis Christianorum; cuius S. Paulus Apostolus facit mentionem.

Siquidem nonne ideò nuncipatus

Magna
consolatio
pro Chri-
stianis.

patus est Abraham à Deo Pater
credentium, id est Pater eorum,
qui veram tenent fidem: Hi ergo,
qui possident fidem, legitimi sunt
ipsius Filij: Non igitur vos estis,
infelices Judæi, qui tanto cum
horrote execramini solam veram
fidem, quam Messias stabilivit in
mundo: sed vos Christiani estis,
qui profitemini & amplectimini
illam cum reverentiâ; vos qui es-
tis veri filij Abraham: Ad vos
igitur omnia hæc munifica & mag-
nifica diriguntur promissa, quæ in
veteri Testamento fecit DEUS:
Ad vos quoque spectant illa, quæ
data sunt in novo; in vestrum fa-
vorem, & vestrâ pro salute adim-
plentur hæc quotidie; & pro vo-
bis tam solemniter cum juramento
sunt confirmata, ut securos vos fa-
ciat, illorum adimplerionem du-
raturam usque ad finem sæculi.

rum: Sicut locutus est ad Patres
nostros; Abraham, & semini ejus
in sæcula. O solatium! O inæsti-
mabilis felicitas pro Christianis!

Primus hic præco, qui enarra-
bat prodigia solius Sanctissimæ
Virginis in Visitatione ipsius, judi-
cio nostro, loquebatur nimis diu:
Quapropter interpellabat ipsum
nonnemo, ut locum cederet se-
cundo, qui loqui debebat nobis
de magnificentijs Infantis JESU,
quem ipsa in purissimo suo gesta-
bat utero: Sed hic, qui evitare
satagebat defectum primi, abs eo,
quod adverteret, prolapsus est in
alterum protus contrarium: Lo-
quebatur enim nimis patum, ob
voluptatem, quâ demulcebamur
ex ijs, quæ dixit nobis; vos ipsi
sic judicabit ex eo, quod
percipietis.

*

ARGUMENTUM.

*Infans JESUS portatur in triumpho, in utero
Virginis Sanctissime, in die Visitationis ipsius.*

ARTICULUS III.

Considerabam quidem ab ini-
tio, dicebat nobis, Sanctis-
simam Virginem cognatam
suam Elisabeth visitantem, velut
illam, quam elegeram præcipuum
orationis & sermonis mei argu-
mentum. Sed hic scientiarum fons,
quem in suo gestabat utero, Fi-
lius ipsius Unigenitus, splendor

gloriæ Dei Patris sui, tantâ reful-
gens Majestate apparuit mihi, ut
continuo meos offuscaverit oculo-
los, cætera disparuerint omnia, &
præter ipsum, aspexerim nihil.

Intueri videbar mihi magnum Magnifi-
quendam Monarcham, portatum centia Filii
in curru triumphali, qui autem Dei, cum
non more Victorum terræ, aucu- portaretur
paba. in utero

sanctissima pabatur ubivis gloriam mundi, ve-
Matris suae lut illi, qui honorum preffi fame,
hos emendicant ubique, nec ta-
men unquam fatiantur: Sed po-
rius dispertiebatur ipse ex sua
abundantiâ & subveniebat indi-
gentijs miserorum, effundens glo-
riam, honorem, gratiam & muni-
ficentiam ubique.

Aspiciebam illum in utero San-
ctissimæ Matris suæ, postquam
egressus fuerat ex utero divini Pa-
tris sui: Intuebas quidem ipsum
minus resplendentem in uno, quam
in altero; eandem tamen posside-
bat magnificentiam, eandemque
potentiam in utroque; cumque ita
viderem ipsum, occurrebat animo,
quod refertur in libero secundo
paralipomenon, quod sanctus Rex
Jofias, cum vulneratus esset in
proelio à sagittarijs translatus sit *de
curru in currum alterum*, qui se-
quebatur eum modo regio: Aspi-
ciebatur quidem idem Rex in
utroque sed in uno erat Rex sanus,
& in altero Rex vulneratus; to-
tum hoc non erat, nisi figura quæ-
dam veritatis, videbam tamen id
fatis clarè.

JESUS:
Christus
vulneratus
amore erga
peccatores.

Tu es, dicebam in intimo cor-
dis mei, Majestas adoranda, quæ
regnas ab æterno in sinu divini
Patris tui, velut in curru trium-
phali, portante omnes magnificen-
tias tuas: Sed in pretio justitiæ
tuæ cum misericordiâ tuâ ad con-
quirendum tibi peccatores; amor,
qui partes tenebat misericordiæ,

acutissimâ vulneravit cor tuum sa-
gittâ; moxque dixisti: Vulnera-
tus sum corde, morior ex eo: *Vulnerasti cor meum*: Et quampti-
mum descendere voluisti è primo
curru tuo in currum alterum; id
est, egressus es è sinu divini Pa-
tris tui, & ingressus es illum ad-
mirabilis Matris tuæ, succurrens
per illam miseris peccatoribus. O
magnificentiam Verbi æterni! O
Eili Dei, quam admirabilis appa-
res in curru triumphali, in sinu
inquam divini Patris tui! sed quam
amabilis appares mihi in curru al-
tero, quem conscendisti, cum vul-
neratus esses! Alter hic curru om-
nino similis est primo, eoque
regio adornatus sit apparatu: *In
alium currum, qui sequebatur eum
modo regio*. Hic finis est divinæ
Matris tuæ, in hoc portari te vi-
deo in die Visitationis; sequor te,
curro post te.

Quæ vadis, Domine, quidve
acturus es? Cum ita venerabun-
do affectu interrogarem in pen-
talibus cordis mei, audite mihi
videbar vocem haud absimilem illi
sponsæ in sacro Ephitalamio: *Ecce
venit saliens in montibus; transli-
ens colles*; Ecce ipse currit ad me,
video jam ipsum, dilectus est ani-
mæ meæ, celestimmè transliens &
montes & colles, ut subveniat mi-
hi miseræ, quam ingemilcentem
aspicit sub peccati pondere.

Quantum amorem, quantam
solicitudinem, amabilis mi Salva-
tor,

Cant. 4 v.
9.

Pulchra &
gura locu-
tionalifi-
lii Dei,

Ignavi
nostra
fudit
dem al-
ctimus
dorem
stiffim
Virgini

Cant. 2 v.
8.
JESUS
Christus
currit, et
succurrit
peccatori.

tor, ostendis ut succurras mihi in
ijs, quæ obruunt me, miseris! Ô
JESU, quàm admirabilis est boni-
tas tua, quàmque incomprehen-
sibilis tuus erga me amor? Nonni-
si eras adhuc infans, & jam gigan-
tæo accuris passu, ut eripias me è
naufragio: nondum formate no-
veras gressus, & uteris pedibus Ma-
tris tuæ, ut venias ad me: non
tam est illa quæ portat te, quàm
tu, qui transportas illam: Tu at-
tolis corpus ipsius supra montes,
& mentem ipsius abripis in cælum:
Tu volas, quin terram tangas, ut
tantò citius miseram columbam
tuam ex unguibus eripias vulturis
jamjam incipientis discerpere ip-
sam.

O Deus! quàm insigne habe-
mus exemplum diligentæ ac soli-
citudinis, quâ invigilare debemus
proptiæ salutis nostræ, cujus tanti
nostræ interest, cum videamus,
quòd ille, qui nullum ex eâ fert
lucrum, tantâ ipsi intendat curâ
jam à primis diebus, quibus con-
ceptus est in utero Matris suæ.
Sanctissima Virgo infinitum hujus
noverat pondus; & ideò tantâ
cum celeritate, tantòque cum Zelo
accurrit: Et nos vecordes id igno-
ramus, ideòque tam segniter,
tam ignavè nostram illi nava-
mus operam. An ardor ip-
sius nunquam nostram dissolvit
glaciem? An continuò tanto cum
languore reptabimus super terram?
an semper tergiversabimur, & dif-

R. P. Isaac Consultat, Tom. III.

feremus de die in diem impendere
totum cor nostrum unico huic ne-
cessario, quod infinita Dei sapien-
tiæ judicavit dignum, cui totam
te ex tota se impenderet? Ô amor
divine! an nunquam extimula-
bis nos ad accelerandum gressum,
ut currere nos facias ad ipsum,
quem ita currere facis ad nos. Veni
Sanctissime divinæ charitatis ar-
dor, & eodem ipsius accende nos
igne. Fervor Spirîtus, quo suc-
census dicebat nobis hæc ulterius
adhuc abripuisset ipsum. Sed im-
pelli me sentiebam, ut ipsi hanc
facerem objectionem.

Videtur nihilominus, nondum
adhuc id esse tempus, quod desti-
navit ad operandum salutem om-
nium peccatorum; sed modò
parvulo duntaxat succurrisse Joan-
ni Baptista. Ipse præcursor est,
quem prævenit; nondum adhuc
totus fuerat formatus in utero Ma-
tris suæ, Sanctæ Elisabeth: sed
hic videt, quòd antequam natura
perfecerat opus suum, jam dæmon
destruxerit & infecerit illud pecca-
to originali; ideòque accelerat,
ut succurrat illi & reparet ruinam,
effundens primas & copiosissimas
redemptionis suæ gratias, in ani-
mam hominis, qui primus & ma-
ximus est inter homines, ut totus
perfectus nasceretur, sicut secun-
dum naturam, ita etiam secundum
gratiam.

Verum est, inquit mihi,
congruum hoc erat, ut verificaren-

Bbb

tur

Gratiæ,
quas acce-
pit S. Joan-
nes Bap-
tista.

Ignavia
nostra con-
fuitur,
cum aspi-
cimus ar-
dorem San-
ctissimæ
Virginis.

tur verba dicta ab Angelo ad Zachariam Patrem ipsius: *Erit magnus coram Domino*; Magnus erit coram oculis Dei, quando parvus adhuc videbitur infans coram oculis hominum. Sed nonne conferre ipsi poterat hanc gratiam è longinquo? Nonne poterat liberare ipsum à peccato originali, citrà quòd opus esset tam festinanter accurrere ad ipsum, ipsique adesse adèd vicinum? Id poterat, replicuit mihi, sed alius ipsi erat animus, quàm conferre illi solùm eandem gratiam, quam contulerat ante ipsum Propheta Jeremiæ sanctificando eum in utero Matris suæ: voluit adhuc efformare illum ad perfectam sui similitudinem, & facere ex ipso alterum seipsum. Adverte bene, & admirare, quòmodo id fecerit.

Cur JESUS
Christus
tam vici-
nus esse vo-
luerit par-
vulo S. Jo-
anni.

Natura non habet nisi unicum solem, omnes intuentur ipsum clare; sed accidit quandòque, ut depingat se ipsum tam exactè in sinu obscuræ cujusdam & densæ nubis, ut diceret, ipsum se reprodusse, & hunc esse alterum quendam solem, ita ut difficulter discernere liceat, quisnam duorum sit proprius sol, & quænam sit resplendens hæc solis imago, quam nuncupant parhelium. Similiter gratia non habet nisi unicum solem JESUM Christum, in exhaustum omnium gratiarum fontem; sicut sol materialis fons est omnium luminum sensu percepti-

bilium. Divinus hic sol conceptus & portatus in utero Sanctissimæ Virginis, velut sol, qui nascitur è sinu auroræ, primum quod facit, dum conspiciendum se præbet in horizonte interioris hujus mundi, est, quòd depingat se. que ipsum exprimat in Personâ parvuli Joannis Baptistæ inclusi in ventre Matris suæ, velut in obscurâ quâdam nube; & idèd coram vult ipsi adesse, tamque propè accedere ad ipsum.

O admirandam primam gratiam Salvatoris mundi! ô pulcherrimum opus, quod conficit in Personâ Sancti Joannis Baptistæ, Beatus hic infans, cum aspiceretur è tam propinquo, tamque directè ab oculis divini solis, evadit velut alter sol, tamque similis conspiciatur Salvatori mundi, ut vix discerni posset, opusque fuerit ipsummet interrogare: An Elias es tu? an verus Messias es tu? an solùmmodo ipsius es imago? tam perfectè affimularis ipsi, ut nemo discernere te possit, nisi ipsemet id scias.

Quàm admirabilis est bonitas tua, amabilis mi Salvator? Comprehendere quis posset tuorum altitudinem consiliorum, & tue prodigia sapientiæ! Tu divinus sol es gratiæ, nostris nondum apparet oculis, sed quantocyùs tuum ostendis nobis parhelion, siquidem ante te nasciturus est Sanctus Joannes Baptista: Nondum attigisti ter-

Cur S.
Joannes ap-
paret et
ter JESUM
Christum.

Solus
Solus
noster
exten-
sionem
cio R.
portu-
luc.

56

ram, & extrahis jam inter homines maximum è barathro abyssi: nondum formate potes verba, & jam instruis Prophetarum Excellentissimum: nondum metiri poteris iter, & cursu itineris jam tuum prævertis præcursores; nondum tuum pro nobis effundis sanguinem, & tuas jam torrentis instar effundis in nos gratias. O bonitas infinita! quid expectandum à te in perfectâ ætate tuâ, dum operaris ingentia prodigia in obsequium hominum, jam in primis mortalis vitæ tuæ diebus?

Hem! quando incredibilem non ostendit is curam in conficiendo opere Redemptionis, & procurandâ salute infelicium peccatorum? Nõnne ideò effundere voluit primas sanguinis sui guttas jam octavo Nativitatis suæ die? Nõnne etiam ideo tanta in cælum emisit suspiria, & tanta succensi desiderij moriendi pro nobis eructavit verba? *Quomodo coarctor, usque dum perficiatur.* Hem, an illicò non erit illud? pro quanta mihi angustia, quoad perfungar, eò, quòd desidero! Nõnne ideò quoque dimidiâ ex parte nobilissimam suam rescidit vitam, quæ dignissima fuerat, ut tantis produceretur sæculis, quantis constabat momentis, eò quòd diutius vivere non posset, quoad miserorum perficeret peccatorum salutem. O JESU, quantum nos diligis! ò bone JESU, quâ ratione toleras vecordem hanc

cordium nostrorum ingratitude, quâ fit, ut non solum non flagremus Sancto quodam pro te moriendi desiderio, sed ne quidem pro te vivendi ardeamus zelo.

Postquam sat diu meos gesseram defixos oculos in Infantem JESUM; circumspexi paulisper, & aspexi ipsum totum circumfusum prodigijs. Quanta honorum abundantia, dicebam intra meipsum, quantus felicitatis cumulus pro auspiciatâ hæc domo, quam Sanctissima Virgo concedit invisum? Nõnne videtur, omnia, quæ maxima, sanctissima & augustissima sunt, hæc convenire, ut non minori gloria, non minori magnificentia repleant illam solam, quàm repleatur totum cælum, universus orbis? Ecce videre hæc est in propriâ personâ proprium Filium Dei; Augustissimam Dei Matrem, Reginam Angelorum; divinum præcursores Messia, maximum inter natos mulierum; sanctam Elisabeth ipsius Matrem; ipsa fuit prima, quæ audit vocem Sanctissimæ Virginis Visitatione suâ se honorantis; sed infans, quem in suo portabat utero, primus fuit, orator noster qui repletus est Spiritu Sancto, & gratis à Salvatore mundi. Sed ecce! mox ubi orator noster loqui cæpit de sanctâ Elisabeth, alter sodaliũ qui elegerat pro discursus sui argumento ipsam, quique refertum habebat animum cognitionibus & affectibus,

Bbb b 2 quos

Sollicitudo
Salvatoris
nostri in
exercendo
quæprimi-
um officio
Redem-
ptoris.
Luc. 11. v.
59.

quos contulerat ipsi Deus circa felicitatem Beatissimæ hujus cognatæ Filij Dei, & Sanctissimæ Matris ipsius, expergefactus quasi est è profunda quadam extasi! cùmque pronuntiarî solummodò audiret no-

men Elisabeth, absque eo, quòd attenderet, an prior surm absol-
verit discursum, fari mox cepit,
& ex abundantia cordis sui,
quæ sequuntur, effatus est
nobis.

ARGUMENTUM.

*Quæ fuerint gaudia Sanctæ Elisabeth in gloriosa
& Consolatoria Visitatione, sibi factâ à Sanctissimâ
Virgine.*

ARTICULUS IV.

Luc. 1. v.
44.
Inthymius
Christus lo-
cutus est per
os Matris,
Joannes au-
tem audivit
per aures
Matris suæ.

EXperiebar voluptatem om-
nino singularem ponendò
mibi ob oculos maxima san-
ctæ Elisabeth gaudia, quibus per-
fundebatur, dum honorari se vidit
Sanctissimæ Virginis Visitatione.
Verum quoque est, declarari id à
Sancto Evangelio mirificè: *Ut facta
est, inquit S. Lucas, vox salutationis
tuæ in auribus meis, exultavit in
gaudio infans in utero meo.* Verbum
Incarnatum in utero divinæ Matris
suæ, utebatur linguâ ipsius ac vo-
ce, ad loquendum parvulo Joanni
Baptistæ, adhuc incluso in Ventre
Beate Matris suæ, Sanctæ Elisa-
beth: Et ipse utebatur auribus
Matris suæ ad audiendum Verbum
hoc adorandum. Ipse primus ita
repletus est gratijs Spiritûs Sancti,
ut, cùm omnem continere non
posset abundantiam, se agitare,
exultaret, subsiliret, se efferret, &
effunderet, si ita loquendam est,
nimum quantum gratiæ & gaudij,

quo abundabat, idque diffundere
in Matrem suam, sicque Mater &
Filius eodem inundarent divina-
rum consolationum torrente. O Gaudium
Deus, quis comprehendat, quid
eorum senserint corda! Mi JESU,
quando loqui dignaris cordi te
amanti, quòdque amas, dùmque
cum reverentiâ id te auscultat, pro
quanto diffluit & superabundat
gandio! Verùm respondere tibi
non posset, sicut velle servandam
est illi silentium, dum loquitur
Verbum; sed quàm facundum est
hoc silentium, cùm melius id in-
telligas, quàm cor ipsum explicare
tibi posset.

Quid videre erat in auspicio
hoc occurru, quando duo hi infan-
tes, & duæ hæ Matres sibi invicem
præsto erant? Mater Virgo est,
quæ portat Deum in utero suo;
Mater sterilis, quæ Angelum por-
tat in suo: MARIA evaserat Ma-
ter Dei audiendo vocem Angeli;
Elisa-

Sancti
Virgo
liber
plez
runt
incho
ration
verâ.

Elisabeth facta est Mater Angeli, Sanctissimæ Virginis audiendo vocem, siquidem hucusque non conceperat, nec portaverat ipsa, nisi peccatorem: Sed mox ubi audivit Sanctissimæ Virginis se salutantis vocem, esse incipit Mater Sanctorum maximi, qui sæpius etiam in scripturis nomen obtinet Angeli. Una harum Matrum repleta fuit Spiritu Sancto, cum salutaretur ab Angelo, & altera eodem quoque Spiritu Sancto fuit repleta, cum salutaretur à Regina Angelorum. *Et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth.*

Sanctissima Virgo & Elisabeth repleta fuerunt Spiritu Sancto, sed ratione divitiâ.
 Hæc igitur, dicebam ipsi, tanto repleta fuit favore, quanto Sanctissima Virgo; siquidem si Evangelium affirmat, quod, quando nuntiabat illi Angelus, futuram ipsam Matrem Dei, repleta fuerit Spiritu Sancto; *Spiritus Sanctus superveniet in te*; Evangelium quoque refert nobis, quod, dum salutata fuit à Sanctissima Virgine Elisabeth, à Spiritu Sancto hæc fuerit repleta. *Repleta est Spiritu Sancto Elisabeth.*

Verum est, dicit mihi, quod loquendi modus in utraq; sic admodum similis, intelligentia tamen est admodum diversa. Siquidem imprimis Sanctissima Virgo non solum repleta fuit gratiâ, sed personâ ipsâ Spiritus Sancti: Secundò collatus is ipsi fuit, velut speciale & proprium ipsius bonum, eoque procedat ipse è personâ

verbi, quam hæc portabat in purissimo utero suo. Tertio donatus is fuit ipsi velut sponsus sponsæ, eoque fecunda hæc non fuerit, nisi divinâ ipsius operante virtute: Quarto concessus is ipsi fuit, ut semper maneret cum ipsâ, & nunquam ab ipsâ separaretur, & ambo haberent non nisi unam habitationem, sicut scriptum est de personis conjugatis: *Erunt duo in carne unâ.*

Sed quando dicitur, quod Sancta Elisabeth repleta fuerit Spiritu Sancto intelligendura hoc est de donis & gratijs Spiritus Sancti, Non loquor solum de magnâ abundantia gratiarum sanctificationis; siquidem Sanctissima ipsa evasit ex præsentia Salvatoris & Sanctissimæ Matris ipsius, è quibus ille inexhaustus gratiarum fons & scaturigo, hæc autem universalis illarum canalis est, per quem in omnes omnino diffunduntur animas; sed loquor etiam de gratijs gratuitis, uti sunt donum prophetiæ, donum Sapientiæ & intelligentiæ, & plura alia, quibus ita fuit repleta, ut simul & semel illustrata fuerit velut propheta, sapiens plus quàm Patres & Doctores Ecclesiæ, intelligens sicut Angeli, ardens amore sacri velut Seraphini in cælo; & sicut omnes fistulæ alicujus Organi, quæ replentur vehementi flatu, simul resonant cum plenâ atque perfectâ harmoniâ, quando aperiuntur sic magna hæc Sancta

Sancta Elisabeth repleta fuit donis Spiritus Sancti.

Qua tantis Spiritus Sancti donis locupletata, & divino ipsius animata flatu, resonuit voce tam alta atque robusta, ut à cunctis audita fuerit insequentibus sæculis, & hodie dum adhuc audiatur in Evangelio: *Exclamavit voce magna; Benedicta tu.*

Ausculata ipsam bene, & adverte cantare ipsam eodem tempore laudes Filij Dei, & Elogia Sanctissimæ Matris ipsius; Vaticinari ipsam mysteria profundissima & abditissima quæque; Confundere ipsam hæreses & declarare veritates summas & altissimas fidei; & tandem totam ipsam esse extra se abreptam præ admiratione magnorum prodigiorum, quæ explanat & declarat nobis. O Deus, quàm jucunda harmonia! An hujus diversos percipere vis tonos in salutatione reciproca, quam reddit sanctissimæ Virginis & accipit ab illa?

Habebat
donum Pro-
phetiæ.

Ausculata igitur, quomodo vaticinetur magna prodigia mysterij incarnationis Verbi: *Benedicta tu in mulieribus, & Benedictus fructus ventris tui*: Benedicta tu es super omnes mulieres, dicit ipsa per dilectæ suæ cognatæ, quàm intransitam conspiciebat ad se plenam comitate velut Angelum, plenam Majestate velut Reginam; & fructus ventris tui est quoque benedictus. Quis edocuit ipsam ineffabile mysterium, quod tam occulto agebatur in illa? Et quis di-

xit ipsi, quod hæc esset Mater Dei, quodque Infans, quem in Virgineo suo portabat utero, esset fructus benedictus, qui reparaturus erat mala & maledictiones fructus prohibiti? Adjungit: *Beata qua credidisti, quoniam perficitur ea, qua dicta tibi sunt à Domino*: Quis dixit ipsi, quod Dominus per Angelum nuntiaverit illi, futuram ipsam Matrem proprii sui Filij? quâ ratione omnia hæc ingentia mysteria, quæ nulli hominum erant explorata, cognoscere potuit nisi per donum prophetiæ?

Ausculata, quàm solidè confirmet altissimas veritates fidei Christianæ, quæ concernunt adorandam JESU Christi personam, & Sanctissimæ ipsius Matris Gloriam. *Unde hos mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Ipsa indignam se æstimat hujus honore Visitationis, eoque digna non sit, quæ recipiat in domum suam, Matrem Domini sui, id est, Dei sui; ipsa igitur credit, & manifestè declarat, quod Sanctissima Virgo verè sit Mater Dei. Tace impie Nestori, nec amplius dicito, illam duntaxat esse Matrem Hominis, qui nuncupetur Christus; confitere, ipsam verè esse Matrem Dei, & ex propria suâ substantiâ produxisse ipsum, sicut definit Concilium Generale Ephesinum, & tota firmè credit Ecclesia.

Agno-

Hæbat
donum in-
telligentiæ.

Agnoscit igitur ipsa, tibi que de-
clarat, duas esse naturas in JESU
Christo: Humanam, quæ sola est,
quam Sanctissima Virgo ipsi dare
potuit; & divinam, quam solus
Pater divinus communicare ipsi
potuit ex propriâ suâ substantiâ;
has autem duas naturas unitas esse
in eadem personâ, quæ persona
non sit humana, sed divina. Et
ideò verum est dicere, quòd San-
ctissima Virgo sit verè Mater Dei,
qui est ille, quem v. dimus mo-
rientem in Cruce, tantis oppres-
sum ignominijs, tantisque affectum
supplicijs, quique Filius est unicæ
Patris æterni; quòdque ille, quem
Angeli vident regnantem ab æter-
no in gloriâ, Filius sit unicæ San-
ctissimæ Virginis. Omnia igitur,
quæ dici possunt de Filio Patris æ-
terni, possunt etiam dici de Filio
Virginis Sanctissimæ, eòquòd
non nisi idem sit Filius. O stupen-
dam prorsus intelligentiam Sanctæ
Elisabeth, quæ præoccupat Conci-
liorum Universalium decisionem,
quæ confirmat fidem Ecclesiæ an-
te Apostolos, quæ explanat altis-
simas & subtilissimas Religionis
veritates ante omnes Sanctos Pa-
tres & Ecclesiæ Doctores, confun-
dens insuper sævissimas quasque
hæreses per cuncta sæcula hujus
rei fidem impugnaturas. Quómo-
do scire ipsa hæc omnia potuit, quæ
nulli adhuc constabant hominum,
nisi per donum intelligentiæ, quòd
recepit tunc, quando impleta fuit

Spiritu Sancto. *Repleta est Spiri-
tu Sancto Elisabeth.*

Vide, quómo modo motus divini
hujus Spiritûs ipsam agitent & ab-
ripiant extra seipsam; ex quo fit,
ut non loquatur nisi per exclama-
tiones, sui que raptus gaudij. Un-
de hoc mihi, ut venias Mater Do-
mini mei ad me? Unde auspicata
hæc mihi exoritur fors? quis tantâ
me beat felicitate, ut Dei, quem
adoro, Mater me veniat invitum?
Ego non sum nisi Mater famuli, &
ecce Supremi Mater Principis in-
vilit me. O Charitas incompara-
bilis! O humilitas Matris & Filij
Dei profundissima, dum tantâ pro-
sequuntur bonitate indignissimam
famulam suam! O matris beata
domus, quæ recipit tam insignes è
cælo favores, ex primâ visitatio-
ne, quam Salvator mundi fecit in
terris, & hoc mediante Sanctissi-
mâ Virgine? Unde hoc mihi? O
adoranda providentia! unde tam
fausta mihi omnia? ô cælum!
unde profecta in me tam perfecta
felicitas? interrogat Sancta Elisa-
beth tota plena admiratione.

Probè observavi, unam ex op-
timis ipsius dispositionibus, qui-
bus præparavit se ad recipiendum
hanc gratiarum abundantiam fuisse
magnam hanc & diuturnam sex
mensium solitudinem, ubi abscon-
dit se, seque subtraxit cognitioni
hominum, omnique commercio
creaturarum; de quo non absque
speciali consilio Sanctum Evange-
lium

Luc. 1. v.
24.
Solitudo
fuit dispositio
tantarū
gratiarum.

lium fecit mentionem : *Occultat se mensibus sex* : Si magna hæc Sancta tora fuisset dissipata, semperque sæculi distenta negotijs ac impedimentis ; si domi suæ non fuisset, quando Filius Dei portatus à Matre suâ venerat visitatum ipsam, forsitan privata mansisset omnibus hisce gratijs ; harum autem summam recepit abundantiam, eòquod invenerit ipsam Deus in suâ absconditam solitudine ; Et quia Sanctus Joannes Baptista magis ad-

huc solitarius erat Matre suâ, hinc majorem adhuc, quàm ipsa, recepit gratiarum abundantiam. O felicem illum, qui amat solitudinem ! si Deus in hæc ipsum sæpè inveniat, inventurus est ipse in hæc infallibiliter Deum.

Et suum hic devotus ille erga Sanctam Elisabeth finijt discursum, & alius exorsus est sermonem de Sancto Joanne Baptista, nobisque locutus est, uti intelliges.

* * *

ARGUMENTUM.

Sanctus Joannes Baptista solitarius, & Visitatus à Salvatore nostro in utero Sanctissimæ Matris suæ.

ARTICULUS V.

Admitor, inquit ille, neminem adhuc locutum esse, nisi cursim & persuaçtorie de parvulo Joanne Baptista, quantumvis ille sit, judicio meo, unum è præcipuis argumentis in mysterio Visitationis ; Nonne enim propter ipsum id specialiter est adimpletum ? in ipsius namque personam Salvator mundi largissime effundere voluit primas & copiosissimas divinæ suæ charitatis munificentias, ipsique omnium gratiarum Redemptionis dedicare primitias. Quis non admiretur magnitudinem & multitudinem prodigiorum, quæ operatur in illo ?

Imprimis anticipat illi usum rationis & facit in momento ex in-

fante sex mensium hominum maximum, qui unquam inventus sit inter natos mulierum : Et hoc primum est, quod Sancti Patres admirabile invenerunt in illo. Sanctus Irenæus dicit, quod cognoverit Dominum adhuc invisibilem & absconditum in utero divinæ Matris suæ, ipsamque salutaverit & adoraverit cum gaudio. Sanctus Leo Papa affirmat, quod nondum natus, jam fuerit repletus Spiritu Prophetico ; quod exilièrit præ gaudio, quasi exercens jam tunc officium Præcursoris, & quasi exclamans : *Ecce Agnus Dei : Ecce qui tollit peccata mundi.* Sanctus Ambrosius asserit, necessariò ipsum compotem fuisse rationis, eòquod ostendat,

S. Hieron.
l. 3. c. 18.

S. Leo
de Epiph.
S. Joan.
Baptista
habuit
suum ratio-
nis in utero
Matris.

Fuit
P.
P.
P.

ostenderit affectus & desideria adorandi ac adamandi Salvatorem mundi.

Fuit libera-
tus à pec-
cato origi-
nali, & non
quam cam-
mille pec-
catum ve-
nitale.

Secundò privilegium hoc natu-
ræ tam inusitatum, alio majori
gratia adactum fuit, ut eius per-
fectè adeò expurgabatur ab omni-
bus originalis peccati inquinamen-
tis, ut plures Sancti Patres credant,
non fuisse relicta in ipso vel mini-
ma vestigia, aut infelicem effectum
primi huius peccati, quòd relin-
quit semper periculosam quandam
propensionem dilabendi in alia,
etiam postquam anima ab illo per
Baptismum est expurgata; quam
infelicem inclinationem vocant
peccati fomitem: ita ut nunquam
commiserit aliquod peccatum ac-
tuale, etiam veniale nec mini-
mum: Hæc est opinio aliquorum
Sanctorum Patrum, quamvis ple-
rique velut certum teneant, privi-
legium hoc nonnisi soli Matri Dei
fuisse concessum, & S. Joannem
Baptistam exemptum non fuisse ab
infirmate quâdam, aut veniali a-
liquo peccato per totum cursum
vitæ suæ; eòquòd velut universa-
lem regulam statuunt, quòd qui-
cunque semel lauciatus fuit à ma-
gno hoc Vulnere peccati totius na-
tura humanæ, semper illius cir-
cumferat cicatricem, & nunquam
omniò eximatur à desiderijs &
effectibus concupiscentiæ.

S. Bernardus
L. 3. c. 18.

S. Leo summus
& Epiphanius
S. Joann. Baptistam
habuit e-
sum rabi-
nis in utero
Matris.

Fuit Pro-
pheta.

Tertiò implevit illum omnibus
donis Spiritûs Sancti, quibus im-
pletus fuit existens adhuc in utero
R. P. Isaac. Consultat. Tom. III.

Matris suæ, uti attestatur Sanctum
Evangelium: Spiritu Sancto reple-
bitur adhuc in utero Matris suæ.

Ex hoc momento consecravit ip-
sum tam copiosis gratiarum suarum
unctionibus, ut fecerit ex eo pro-
phetam, & plûs quam Prophetam,
eòquòd omnes alij Prophetæ non-
nisi promiserint, hic autem dede-
rit, si ita loqui licet, Salvatorem
mundi, illumque suo monstrave-
rit digito.

Fecit ex eo Apostolum; Siqui-
dem Evangelium vocat ipsum A-
postolum per antonomasiam,
quando dicit, quòd fuit homo
Missus à Deo, qui acceperit Mis-
sionem suam ex proprio ore Filij
Dei: Ipse igitur Apostolus, & ra-
tione quâdam Apostolorum est
maximus, eòquòd alij nonnisi
portaverint Sanctum Evangelium
per universum orbem, Sanctus
Joannes autem aperuerit veluti
portam ad deportandam Evange-
lium in mundum, eòquòd existe-
rit præcursor Salvatoris mundi.

Fuit Apo-
stolus.

Fecit ex eo Virginem sæcun-
dam, & insigne quoddam Ectypion
Virginis Sanctissimæ, eòquòd, si-
cut Mater hæc admirabilis induit
Verbum Incarnatum carne morta-
li, ad reddendum illud visibile o-
culis mortalium, ita hic induerit
ipsum voce quadam sensibili, ut
intelligibile illud redderet ipsorum
auribus: Ego vox clamantis in de-
serto.

Fuit Virgo
sæcunda.

Fecit ex eo Martyrem & Marty
rum ty.

CCC

rum maximum: Siquidem sicut Origenes dicit, Infans JESUS eo nomine per tres menses remansit apud parvulum Sanctum Joannem adhuc inclusum utero Matris suæ, ut ipsum roboraret, ut ipsam ungeret, ut ipsum exerceret, ipsumque præpararet ad pugnam, quam subiturus erat, dum Herodes amputabit ipsi caput in carcere: *per tres menses ungebatur Joannes, & preparabatur in Matris utero; sed reverà diuturna hæc præparatio disponebat ipsum ad Martyrium totâ vitâ suâ duraturum, cum hanc exegerit totam seipsum affligendo & torquendo in eremo.*

Fuit natus inter maxima miracula.

Tantâ inulitatis favoribus adjuvante voluit plenam prodigijs Nativitatem: Siquidem imprimis idem Sanctus Archangelus Gabriel, qui promittit Filium Sanctissimæ Virgini, jam ipsum promiserat Filium Matri sterili, quasi ad insinuandum, quod duo hi Filij non essent nisi unum idemque donum Dei, sicut vox & verbum non sunt nisi una eademque pronuntiatio linguæ nobis loquentis. Sanctus Joannes est vox, & JESUS est verbum; sed vox, quæ producitur, quæque audiri se facit paulò ante verbum, est velut Prophetæ verbi, promittens illud & faciens expectari, antequam præsens id reddat & faciat audiri. Missio duorum horum infantium, Sancti Joannis Baptistæ & JESU Christi erat prope modum similis: uterque nate-

batur in mundum ab eodem Deo; uterque annuntiatum est Matri suæ per eundem Archangelum; & uterque veniebat eundem ad finem.

Sed unus nascebatur è Matre seipso & sterili, S. Joannes Filius Sanctæ Elisabeth; alter ex Matre juvene & seculâ, sed semper Virgine, nempe JESUS, Filius Sanctissimæ Virginis unicæ: In Sancto Joanne video legem & Prophetas collectos, consummatos, omnesque suum finem assecutos; hinc Evangelium nobis dicit, hæc omnia hæc accepisse ac terminum in personâ Sancti Joannis: *Lex & Propheta usque ad Joannem.* In JESU Christo video Evangelium, & totam legem novam, quæ finietur nunquam, eod quod nuncæpetur à Scripturâ: *Testamentum novum & æternum.*

Sanctus Joannes immediatè præcedit JESUM CHRISTUM, & altum inlamar, ipsum esse Messiam. Et hoc vetus Testamentum est, quod testimonium reddit novo; figura est, quæ ducit homines in cognitionem veritatis; sacula est, quæ antecedit solem; dies est, quæ diei annuntiat & eructat verbum; Legatus est, qui suum prævertit Principem; socialis est, qui suum antegreditur Judicem; & vox est, quæ suum præoccupat verbum, semper tamen tam arctam habens cum ipso unionem, ut velut ab ipso sit inseparabilis. O quanta felicitas! quanta gloria! quanta

quanta prerogativa! quam incomparabilis Excellentia Sancti Joannis Baptistae!

Interrogavi ipsam, unde ergo oritur, quod S. Joannes Baptista, qui vox erat, non existerit semper proximus verbo, quod erat JESUS Christus? nonne exigere debuerat totam suam vitam pones ipsam, non minus, quam Apostoli exegere tres annos, potuit contumud ipsius consortio? Unde est, quod magna hac vox, quae servit debuerat, ad annuntiandam Verbum universo mundo, non nisi resonaverit in deserto, sicut ipsemet dicit: *Vox clamantis in deserto?*

Cur S. Joannes in deserto.

S. Augustinus.

Cur S. Joannes Baptista ante- cedat JESUM Christum.

Est mysterium, respondit mihi, quod bene annotavit S. Augustinus: *Desertum erat hic mundus, mittitur Joannes, ut cum fecundaret & excoleret.* Voluit dicere, magnum hunc mundum, non nisi horridum fuisse desertum toto tempore, quod antecessit Christi adventum; Nondum is ex cultus erat vomere fidei, totus adhuc oppletus erat sentibus & veptibus peccati; tanta erat sterilitatis, ut nullum omnino producere posset fructum vitae aeternae, cum nondum irrigatus fuerit gratiarum imbribus, quae conferre illi poterant fecunditatem; non erant adhuc nisi montes praecepti, inaccessibiles scopuli, praecipitia horrenda, dum arrogantia mentis, durities cordis, perversitas morum dominabantur in animabus hominum.

Hanc gerebat tunc faciem desertum mundi. Sanctus Joannes Baptista missus fuit velut robusta quaedam vox ad clamandum in hoc deserto: *preparare vias Domini, agite poenitentiam, vestram dimitte superbiam, humiliare vos, omniumque montium plana fiant cacumina; vestram relinquitte duriciem, & omnes conscientiarum emolliantur scopuli; vestram exuite insensibilitatem, cordiumque vestrorum rupes vi verae commoliantur contritionis; prodite e barathris profundarum vestrarum iniquitatum, eruite vos e miserrabili hoc statu, qui detruet vos in infernum, & omnes haec impleantur fossae: Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, parate vias Domini; adorando nempe vestro Salvatori: Ita ergo clamabat in mundo, qui sterile & horridum erat desertum, quod immutare volebat, illud excolendo, in paradisum terrestrem.*

Sanctus Augustinus continere non potest praegaudium & admiratione, quando unico intuitu aspicit plurima, quae in sancto Joanne Baptista observat, admiranda privilegia, quaeque omnia ordinate enumerat. Quis igitur admirabilis hic est puer? Est, inquit, fructus arboris sterilis: oportebat naturam fieri omnino impotentem in sancta Elisabeth Matre ipsius, ut appareret melius, puerum,

Ecce a quem

Mundus est verum desertum.

Elogia Sancti Joannis Baptistae.

quem pariebat, esse opus gratia: Non amplius sterilitatis sit mentio, reflorescit senectus, concipit fides, parit charitas nascitur Infans major homine, par Angelis, tuba cœli, fecialis JESU Christi, Depositarius arcanorum Patris, legatus Filij, Vexillifer supremi Monarchæ in mundo, Nuntius pacis Deum inter & hominem, qui quidem ipsemet non fecit illam, sed illam cunctis annuntiavit peccatoribus, correctio Judæorum, Vocatio Gentilium: Ipse est, ut appositè loquamur, fibula antiqui & novi Testamenti; nodus Prophetarum veteris & Apostolorum novæ legis, vinculum gratiæ cum lege, adimpletio promissionum, finis figurarum, exordium veritatis, & ut unico complectar omnia verbo, Epitome, synopsis & quinta velut essentia eorum omnium, quæ stupenda sunt in lege, in Prophetis, & in Evangelio. Ecce tibi aliquid, verum hoc non est nisi pars insignium prærogativarum, quas recepit ex Visitatione Domini nostri, dum captivus adhuc detinebatur in Ventre Matris suæ.

Cur Sanctissima Virgo manserit tribus mensibus apud S. Elisabeth.

Pro colophone ac coronide ipsius gloriæ adicere voluit DEUS his omnibus incomparabilem prærogativam, quod nascens exceptus fuerit brachijs Sanctissimæ Virginis. Siquidem non tantum idè ipsa manere voluit per tres menses apud cognatam suam Elisabeth, ut expectavit tempus partus ipsius,

ad exhibendum ipsi omnia humilis ancillæ obsequia; sed potius pro consolatione, bono & emolumento Filij, quem gerebat in utero, ut successivè formaretur à manibus Auctoris gratiatum omnium, quem sibi habebat adè vicinum. Siquidem si mox ab initio ex Salvatoris sui præsentia tantam illarum recepit abundantiam, quantum deinceps, censendus est recepisse absque ullâ intermissione augmentum, quoad tandem hic fructus perfectam assecutus maturitatem, velut à seipso ex sua avulsus est arbore.

Dicitur omnes infantes lachrymantibus nasci oculis, & primam vocem, quam fundunt ore, ploratum esse & plangendum: Eheu! an natus sit? Ingressiuntur mundum non nisi ut fiant miseri; nascuntur peccati originalis mancipia omnes, & condemnantur ad exigendam vitam in prolixâ hæc calamitatum omnium, quas post se trahit, serie sed parvulus S. Joannes Baptista, qui nascens aspicebat se jam immunem ac liberum ab hæc servitute (siquidem sanctificatus jam fuerat, totusque repletus Spiritu Sancto, antequam ex utero Matris suæ natus) nonne tantum habuit exultandi, quantum alij plangendi & ejulandi habent argumentum? *Exultavit in gaudio infans.* O ter quaterque beatum infantem, qui jam receptus fuit à cœlo, antequam attingeret terram!

Qui

Felix
compos
dit Joa
Baptista

S. Joannes
Baptista
merito
exultavit
in utero
Matris,

Qui navant operum Astrologia, creduntque se in diversis astrorum dispositionibus legere bonos vel malos eventus hominum, asserunt, eos, quibus auspiciata obringit fors nascen- ti sub benigno quodam astrorum influxu, promittere sibi posse ingentem prosperitatum cumulum per totius vitæ suæ decursum. Si ita est (parvi enim æstimanda sunt ejusmodi hariolorum somnia & vana omnia) quis unquam auspiciationem Joanne nativitatis suæ obtinuit horoscopum? Signum Virginis portantis in utero suo solem dominabatur in cælo, ac ipse præsidebat Nativitati; & omnes gratiæ, velut tot cæli Empyreï sidera, simul ita erant conjunctæ ad derivandum in eum, benignissimos quosque, quibus locupletabantur, influxus, ut in infante hoc summe prodigioso videre fuerit hominum maximum, qui unquam surrexit inter natos mulierum, id attestante ipsa Veritate: *Inter natos mulierum non surrexit major*

Joanne Baptista. Dicitur etiam, divulgata esse hæc omnia super omnia montana Judææ, nativitatēque ipsius in omnium animis universalem concitasse lætitiā; vade & hodièdum adhuc videmus in universo orbe festivas in hujus memoriam excitari ignes. O Deus, quis felicitatum, quæ deinceps accumulabant ipsū, enarrare posset prodigia!

Ne moliaris enarrare illa, interpretat ipse ultimus, qui loquendi æstuabat desiderio; Est hoc argumentum nimis amplum, quo abriperetis nimium, quodque nostram ulterius adhuc produceret consultationem, quæ plūs æquojam producta est. Receperat hic alias notitias, aliisque conceperat affectus meditando Visitationis mysterium; notabant omnes prurire ipsi animum toti societati communicandi hæc omnia: Magnum igitur exortum est silentium; Et ecce, quid dixerit nobis, quæque nostræ coronis fuerit consultationis.

ARGUMENTUM.

Praxis & fructus, qui hauriri potest ex totâ hac Consultatione.

ARTICULUS IV.

Magni æstimo, inquiebat, omnes præclaras, quas hucusque explanastis, veritates; fateor, auscultasse me ip-

sas haud mediocri cum consolatione; sed ut verum dicam, vix sunt mihi speculativæ nimium, & quantum ad me, pluri facio unicam
Cccc 3 solam

Felix horo-
scopus Sa-
cti Joannis
Baptistæ.

Joannes
Baptista
veritatis
in utero
natus.

solam bonam praxim, quàm pulcherrimas quasque theorias & speculationes: malo enim agere bonum, quàm addiscere verum; malo roborare & accendere meam voluntatem, quàm illuminare & oblectare meum intellectum: Et idèò minori curâ satago magnas comparare mihi notitias, quàm bonos concipere affectus; quod similes quasi & aucupatus sum meditando Mysterium Visitationis Sanctissimæ Virginis; Et ecce, quid circa hoc docuerit me Deus.

Humilitas
sanctissimæ
Virginis.

Imitanda
humilitas
& charitas
St. Virginis
& J. S. U.
Ca. lti.

Quando consideravi, quod propria Mater Dei eòusque se demiserit, ut magno cum labore ac fagitatione inviseret Matrem famulæ ipsius: Quod illa, cui famulari omnes Angeli summo sibi duxissent honori, veluti Reginae suæ, famulatum accedat inopi suæ cognatæ, & quidem in obsequiis domus abjectissimæ, profunda hæc humilitas, hæcque ardens charitas rapuerunt me in admirationem, & vehementi admodum desiderio succenderunt cor meum imitandi illas: Exprobrabam mihi met ipsi superbiam meam, meamque erga pauperes inclementiam, & potissimum erga pauperes mihi sanguine junctos, quos me puduit agnoscere, illas præoccupare, illis inservire in rebus, ubi aliquod humiliationis genus mihi videbam imminere.

O superbiam Luciferi! dicebam animæ meæ, O malè ominatam

arrogantiam, ratione quâdam majorem illâ hujus Angeli tenebrarum? siquidem is aliud non aucupabatur, nisi ut similis esset Altissimo, & ta Altissimo major esse velles? quem aspicias annihilatum, totumque occupatum pijs profundæ humilitatis exercitijs; ad hæc ille properat, nondum egressus ex utero divinæ Matris suæ; ipse visitationem impendit parvulo suo cognato, quem summâ oppressum inuetur miseriam, eòquod peccati originalis existat adhuc mancipium; ipse accurrit, ut ab hoc illum liberet; ipse pergit toto vitæ suæ tempore exhibere se servum non tantum servis suis, qui sunt justi, sed etiam servis diaboli qui sunt peccatores: Tandem luculenter declarat, se descendisse è sinu divini Patris sui in terras, ut ministraret, non, ut ministraretur sibi: Et ut arrogantior Lucifero, non satiaris, similis si has Altissimo, sed major, sed honoratior esse vis illo.

Quis es igitur? Quod non comprehendas, maximum, quem aucupari posses in terris, honorem esse, si similem te reddas summo Deo, quem adoras? Nonne cæcutias, dum non vides, veri tui honoris in hoc verti & versari cardinem? Nonne moriendum tibi sit præ pudore, quod geras nomen Christiani, id est, imitatoris JESU Christi, dum nutrens in corde tuo affectus, affectibus ipsius

Sancti
Virgini
docet
tam,
conve
di
proxi

Consilii
debetur,
qui notat
nominat
sunt Chri
stiani.

ius prorsus contrarios, mereretur potius nomen Anti-Christi, quam Nomen Christiani.

Ex hoc maximum concepì doctorem de prateritis excessibus meis, ac nova formavi proposita imitandi exempla charitatis & humilitatis, quæ aspexeram in JESU Christo & Sanctissimâ Matre ipsius. Videbam benè, quòd esse duataxat Christianum in speculatione & solo nomine, nihil conferat ad salutem meam, sed Christianum oporteat esse opere ac veritate; unde dicebam intra meipsum: Hucusque Christianus sui non nisi Nomine, volo deinceps esse reipsâ & effectu; Ita volo esse: Amabo Deum ex toto corde meo, quantumcunque etiam steterit mihi, humilitatem amplectar juxta exemplar JESU Christi. Ecce prima effectum, quem contulit mihi in oratione meâ.

Secundus fuerat, quòd didicerim regulas bonæ & sanctæ Conversationis cum proximo, quas Sanctissima Virgo me edocuit in lux Visitationis mysterio. Videbam non recessisse ipsam à suâ solitudine, ut vagabunda hinc inde discurreret, temporisque faceret jaçuram; didici visitandum esse, & inquirendum, quibuscum nostra esse debeat conversatio. Verum quidem est, evitari semper non posse congressum plurium personarum, quibus magni non desunt defectus; evitari tamen

semper potest conversatio familiaris cum illis: Quando congressus fortuitus est & transitorius, magnum non potest intra breve tempus relinquere effectum; sed quando conversatio deliberata est, & consultò selecta, hanc esse oportet cum paucis, iisdemque selectis; id est, cum *uno ex millibus*.

Quando eligis quempiam ad conversandum cum ipso familiariter, assumis eum tibi ceu Magistrum ad instruendum te, & velut exemplar ad imitandum: Si quidem infallibiliter, & abs eo, quod advertas, mores ipsius indues, indolem & genium. Infelix qui malè elegit, peccatorum enim Societas magis nociva est vitæ animarum, quam illa pestiferorum vitæ Corporum; citius pervertimur cum pervertis, quam Sancti evadamus cum Sanctis. Considera, quâ ratione sese habuerit sanctissima Virgo in visitatione suâ; cogita te præsentem esse mox ab exordio salutationi, & gaudio reciproco incomparabilium harum Matrum MARIE & Elisabeth; audi illas & observa, quæ illarum fuerint colloquia: Non erat ipsius sermo de aliorum vitâ, ad traducendum illam; non de gestis & actis novis, ad satisfaciendum curiositati; non de negotiis sæculi, ad implicandum se illis; non de rebus quibuscunque hujus terræ; sed ora ipsarum loquebantur ex abundantia cordiû quæ eum plena essent.

Sanctissima
Virgo docet
regulam, bene
conversandi
cum
proximo.

Confessio
debetur,
qui non
sunt
Christiani.

essent Deo, omnia ipsarum colloquia nonnisi de Deo erat, & omnis ipsarum conversatio erat in caelis.

Suavitas
conversatio-
nis de-
votæ.

Videre hic erat duos Seraphinos, quos videt Isaias & audivit clamantes inter reciproco concentu: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Credebam omnes novem Angelorum Choros oblectari, auscultando illis, cumque presentem ibi me esse haberem mihi persuasum, experiebar affici cor meum tantâ estimatione tantoque hujus conversationis amore, ut continere me non possem, quin iterum iterumque inter memetipsum dicerem: quanta mi Deus in ejusmodi conversatione voluptas, quanta mi Deus abundant dulcedine ejusmodi colloquia! quanta gaudiorum illecebra, ô Deus bone nulla unquam cum alijs verba facere, nisi de te! Fastidio mihi sunt omnia colloquia vana ac inutilia, quibus tantum amisi temporis: Tace Lingua mea tace perpetuò de omnibus vanis mundi negotijs: cogitemus de Deo, & loquamur de Deo; nihil est delectabilius in mundo; Hic secundus est affectus, quem contulit mihi Deus.

Nonnisi in
solitudine
visitat nos
Deus, nobis
que
blanditur.

Perrexi ulterius & consideravi, in quo statu fuerint Sancta Elisabeth & Sanctus Joannes, quando infans JESUS & Sanctissima Mater ipsius honorarunt illos visitatione sua. In quo statu invenit eos, quando ambos suis locupletavit gratijs? Invenit ambos in so-

litudine & alto silentio: hic invenire summè desiderat animas, huc ipsemet adducit illas, lenocinari illis volens divinis suis blanditijs, ipsique loqui ad cor; siquidem mundi strepitus, creaturarumque tumultus idoneus non est ipsius colloquio. Eheu! an mirum sit, si privemur sæpè à jucundis ipsius visitationibus? conquerimur de eo, quòd loqui non possimus ipsi, nec loquentem nobis ipsum audire in orationibus nostris; an mirum hoc sit eò quòd sæpè semper nos inveniat in dispositionibus omninò contrarijs.

Accedit & pulsat ad ostium cordis: Aperi mihi, soror mea, aperi mihi, sponsa mea, in secreto tibi loqui desidero: O si anima sibi præsens esset, si invigilaret si aperiret Deo, si ipsum comiter acciperet, si quieta maneret & venerabunda, velut Magdalena ad pedes ipsius, quando ipsam visitare dignatur, pro quantis ipsam impleret benedictionibus? Et si cum tempore sanctam contraheret consuetudinem despiciendi cetera omnia, & nonnisi vacaret ipsi; quanta pax, bone Deus! quanta dulcedo, quanta illi voluptas! Nonne tandem verus evaderet paradysus.

Sed eheu! quoties accidit, quòd nostram invisens animam, domi inveniat neminem; vagatur, ubi nescio, animus millenis dissipatus cogitationibus inutilibus: obruitur cor momentis singulis momenti nullius negotijs, circumfusum plu-

rima

rimarum multitudine creaturam, id abripientium, id fascinantium: id omnia mea, quanto æquius, quanto verius conquereris quam Propheta Regius: *Cor meum dereliquit me; ipsum perijt & fugit à me; capi permisit se à creaturis, quæ occupant, quæ inique possident illud: nescio amplius, ubi id inveniam, ad dandum illud Deo, id ipsam requirenti: Quid abijisti infidele cor meum? an nunquam in seipsum, tuo ut iterum satisfacias debito? Redite, pravericatores ad Cor.*

Psal. 59. v.
13.

Mat. 46. v. 8.

Magna in-
fidelitas
animæ.

Verum si nonnisi defectus esset nostræ socordix, quæ invigilare negligimus nobismetipsis, & solius nostræ oblivionis, quæ privat & expoliat nos pretiosis Domini nostri visitationibus, excusabilis magis foret nostra fragilitas: sed nonne nostra malitia est, quod, dum accedit nos per gratias suas prævenientes, nosque vocat per divinas suas inspirationes, anima nostra ipsum audiat quid sed nolit illi respondere, nolit illi aperire ostium, repellat ipsumque sequere excuset, ac dicat, impeditam se esse? Et quid est, quod impediat ipsam? est, quod congregantium secum habet multitudinem: sed quis hic congregatus est, quem præfert Deo? est multitudo cogitationum & imaginationum frivolarum, quibus jucundè distinetur, quibusque delectatur magis, quam Deo. O quantus Majestatis ipsius despiciatus!

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

Verum quoque quàm terribilem propterea ipsi faciet in die judicij sui exprobrationem: *Quoties volui, & nolui?*

Vel est, quod licet ipsa invigilare vellet Deo, sibi loqui volenti, id non possit, eo quod tantus excitetur in domo strepitus, ut non audiatur Deus: Quantus tumultus in domo, cujus porta semper aperta est omnibus tum recedentibus tum recedentibus; velut in foro, ubi admittuntur omnes ad tractandum ibi indiscriminatim omnis generis negotia; ubi tum videre, tum audire est, nonnisi nova, curiosa, dolosa, futilia, inutilia, mera crepundia, quibus mundus oblectat eos, qui voluerint audire ipsum: Et quæ ratione inter hæc omnia, vel levissimè invigilari possit Deo. Si bene tractari possit cum adorandâ ipsius Majestate magnum salutis æternæ negotium, in medio tumultus hujus maximi, nec obstantibus perpetuis hisce inquietudinibus; vos eremi incolæ, ut quid à mundo, ejusque recessivis consuetudine? ô profunda deserta! ô sanctæ solitudines, ut quid extitistis asyllum cunctis animabus bonis, quibus gratia tetigerat & commoverat cor, nisi ut faceretis illas meliùs audire Deum? meliùs ad ipsum tendere, & intendere ipsi?

Oportet habere mentem tranquilam si audire velimus loquentem Deum.

Intendamus omnes nervos, Matth. 6. v. 24. quantum possumus & volumus, ut accomodemus & conjungamus.

D d d d.

mus

Nemo va-
care potest
Deo &
mando si-
mul.

Marc. 12.
v. 33.

mus cum mundo Deū, semper verū
est, & erit: *Nemo potest duobus
Dominis servire.* Qui efficere
hoc se posse putaret nonne putare
arguendus foret, quod potuisset
Deus non dicere veritatem? sed
quando per impossibile id fieri pos-
set, an fieri propterea deberet!
Deus præcipit vobis, ut detis ipsi
totum cor vestrum; ita præcipit
id absolutè; & hoc est maximum,
validissimum, magisque omnium
indispensabile ipsius præceptum:
*Ex toto corde, ex totâ mente, &
ex totâ fortitudine;* vult totum
mentem vestram, totam fortitu-
dinem vestram: an satisfacietis il-
li, ex his omnibus non dando ipsi
nisi partem minimam, cætera om-
nia sacrificantes mundo? si bene
hoc perpenderemus, an tam levi-
ter effunderemus nos in creaturas;
etiam sub obtentu, quod com-
mittere hic nolimus peccatum, non
occupando non nisi illis non cogi-
tando nisi de illis, & non aman-
do quasi, nisi illas, dum interim
in continuâ vivimus Dei oblivio-
ne, dum ipsum, quasi nihil esset,
negligimus & verè contemnimus
ipsum, eoque non tanti ipsum
æstimemus, quanti rem vilissimam
mundi.

Blandiamur nobis, quantum
voluerimus de existimatâ quâdam
innocentiâ, eoque non observe-
mus notabilem in conscientiâ no-
strâ noxam; dormiamus tranquil-
lè in deceptorâ quâdam securitate,

quod hoc bene amare sit Deum,
quod per hoc non offendamus ip-
sum; quasi bene amaremus ali-
quem, si ipsum non occidamus,
si ipsi non eramus oculos: Quæ-
ramus mille excusationes, & ex-
plicationes mille, quæ vivere nos
semper permittant in deplorandâ
cæcitate plerorumque hominum,
qui plures non æstimant magnum
hoc præceptum, quasi non esset
in lege Dei, quamvis omnium sit
primum, omnium maximum, ma-
ximèque obligatorium. Quantos
reperire est, qui majoris hoc non
æstimant, quam si nihil esset; sed
tandem id observare necessum est,
aut æternum perire; necessum est,
indispensabilis obligatio est; &
quæcumque anima non observa-
verit hoc magnum præceptum,
non videbit Deum in æternum.

O bone Deus! parce ignoran-
tibus nostris! O magna cæli lumi-
na, affundite jubar nostræ oculis
animæ! dissipate profundas, quæ
totum quasi involvunt mundum,
tenebras: Ostendite illis paulisper
elare hanc maximi ponderis veri-
tatem, quæ potissimum necessaria
est nobis, quæque sola nihilomi-
nus, quasi magis cunctis Evange-
lij veritatibus ignoratur. Verum
igitur est, mi Deus, ita, verum
est, certissimum est, me nec posse
evitare infernum, nec sperare Pa-
radisum, si verè non custodiam &
opere impleam magnum manda-
tum, quo præcipis mihi, ut dili-
gam

Omnes
Christia-
ni in omni
spei nec
hic bene
oculo

Et cor plu-
rimorum
id non
poderat
tum.

guate ex toto corde meo, ex totâ
mente meâ, & ex totis viribus meis.

Omnes
Christiani
in modo
apertior
hic bene
oculos,
Etior plus
timorum
d non
ponderat
ium.

Eheu quomodo id facere potero
ita implexus creaturis & curis ter-
renis, quæ non relinquunt mihi
nec minimam partem mentis meæ
ad cogitandum de te, nec mini-
mam partem cordis mei ad dili-
gendum te, nec minimam par-
tem virium mearum ad laboran-
dum pro te: totus æstuo pro ter-
tâ, & totus frigeo pro cœlo; to-
tus inhiò, totus invigilo rebus
mundi, & otium cogitandi de te
non est mihi; me exhaurio, me
consumo, me totum sacrifico pro
creaturis; & animus mihi non est,
nec robur minimum quid faciendi
pro te. Probè id video; quid
prodesset, si me excœcarem, si de-
ciperem me ipsum? Ita res habet,
scio, experior, nec dubitare de
hac licet. Quid igitur faciam,
ut seridò laborem pro salute meâ?
Recedendum est de mundo, saltem
animo ac voluntatè.

*Domine, Domine Salva nos pe-
rimus.* O Domine, ô Deus bo-
ne, pereò, naufragium facio in
oceano mundi, cui totus hæreo
immerfus; porrige mihi manum,

extrahe me è tempestate, abstra-
he me è medio mundi, & deduc
me ad portum salutis: Solitudo
tuas mihi aperi portas, amabile de-
sertum suo me recipio sinu, me:
que solum conserva cum Deo so-
lum conserva cum Deo solo, fac
ut solus ipse possideat cor meum
totum.

Tanto cum ardore pronuntia-
bat hæc omnia, ut ignis, qui in
ipsum ardebat pectore, omnium
nostrum succenderit corda; am-
plexati proinsumus omnes men-
tem ipsius ac vota, firmissima con-
cipientes proposita amandi deinceps
Secessum, silentium, solitu-
dinem, contemnendo cætera om-
nia, ad vacandum nonnisi uni
necessario, id est, soli Deo, & ma-
gno æternitatis nostræ negotio,
cum residua omnia reipsâ non sint,
nisi fumus, vanitas & afflictio Spi-
ritûs. Et ipse nos videns bona
hæc concepisse sensa ac consilia,
pronuntiavit ter totus accensus
Zelo & oculis lacrymantibus: A-
men, Amen, Amen. Et sic
nostra Consultatio suam
obtinuit finem.

